

Bien. B. IV. 3



PROVISIONES  
SENECTVTIS  
Per tres Partes distri-  
butæ.

*In quibus raræ ac pernecessariæ veritates*

Cum omnibus Christi fidelibus tum potissi-  
mū Gratiarum Cælestium, lucrorumque  
æternorum avidioribus, quæ theoreticè  
quæ practicè proponuntur.

LABORE AC INDVSTRIÀ

R. P. GASPARI DRZBICKI  
*Soc. IESV Theologi*

Anno Infantis Dei-Hominis

I 6 7 3.

Editio Posthuma

*Cum permisso Superiorum.*

Ex Typographia Collegii Calissien: S. J.

*Promitarianum Curia de Crom. Vigueri*



*Abstant culti Cadmeo vomere Campi  
Quem pro messe, Virum Viba Secuta seges.  
Nobilior Lechu est dicta Polonia, Campus,  
Cujus, non falsa fruge superbit, ager.  
A MADALINIUM duplici nam vomere, Solos  
Huic Campo noscitur quisq. venire Viros.*








ILLVSTRISSIMO  
 AC  
 REVERENDISSIMO  
 D. D. BONAVENTVRÆ  
 à NIEDZIELSKO  
 MADALINSKI

Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo  
 Metonensi, Coadiutori Episcopatus  
 Plocensis,

Supremo Thesauri Regni Notario, Præpo-  
 sito Cathedrali Vladislau: Gnesnen:  
 Varfaviens: &c. &c-

CANONICO,

Domino Domino & Mæcenati Fauentissimo.



*Ro*videre sibi lucique suæ melius haud potuit po-  

**P***sthumus hic Provisionum Senectutis Liber, IL-*  

 LVSTRISSE AC REVERENDISSE  

 (2) DOMI-



O  
 DOMINE, quàm dum sub meridiana Nominis  
 TVI luce publicū ambit. Humanissimo nerpe TVORVM  
 penetralium receptu donatus, ad Solis Regiam, admif-  
 sum se autumabit non ex vano; unde postea, domestico  
 lucis TVÆ Arario ditior, patrocinio tanti Nominis secu-  
 rior factus, in Orbem, liberius prodeat universum. Et  
 verò in triumphali animorum cultura, ad quam ordina-  
 tur, absq; laureatis, ILLUSTRISSIMÆ MADALI-  
 NIORVM GENTIS Vomeribus, què proficeret? Novit  
 probè, illo in campo succrescere palmas, meti laureas,  
 quemcunq; illi, longo splendescere ab usu simul conti-  
 gerint, simul excoluerint ad gloriam. Si meritis Armorū  
 TVORVM palmaribus, virtutiq; TVÆ, repositū ex  
 aquo fuisset premium; o quanta jam Honorum messis,  
 Dignitati TVÆ surrexisset. Sed magnarum molium inge-  
 nio, non absq; laudabili mora proveberis in sublime. cūq;  
 citò merearis, serò admittis Honores: securus Magnitu-  
 dinis, vel extra virtutibus TVIS pridem debuū Honoris  
 clivum, ad quem TIBI heroo passu Masores ILLUSTRISSI-  
 MI praverunt. Debes illis splendidi Ortus gratiam, &  
 gloria parta, decus immortale; debent & illi TIBI: quo-  
 rum magnitudo, novis in Te grandescit incrementis ve  
 minimè nobis verendum sit, ne tributarium hoc nostræ  
 in TE observantia munus cū infra amplitudinē TVAM  
 venit, minus gratū accidat, quod TVIS attollitur auspi-  
 cius, Nomine TIVO crescit; illo inquam, nomine, cui nu-  
 per Augusta decrevit Vienna Austriacorum, in venerati-  
 onem & stuporem. Quodsi

Ovid:

acceptissima semper

Munera sunt, Auctor quæ pretiosa facit,

inveni-

invenient apud TE pretium, accipientq; Lucubrationes  
posthuma, Viri (sensu totius Polonia, ore TVO loquor)  
Apostolici plane, Gasparis Druzicki, qui non minus in  
sacro pectore TVO, quam in fati supremi urna, ad hodi-  
ernam usq; diem, corruptionis exfors vivit manetq; Sci-  
licet integrum vita, hac etiam integritatis decuit pra-  
rogativa. Ergo admittes innatâ facilitate Libellum, IL-  
LUSTRISSIME ac REVERENDISSIME DOMINE,  
impleturus grandes Aeternitatis fastos, gnarusq; appri-  
mè ipsum ter Maximum, Optimum Numen minores etiâ  
paucioresve non dedignari Hostias, dum non suppetit He-  
catombe. Quis in TE, Polonae Societatis I E S V,  
animus sit, palam esse debuit, per aliquod tributariae  
venerationis pignus literarium, ex illo Musarum  
domicilio commodum veniens, quod olim sub Karnko-  
viani Agni fidere vellereque aureo, sapientia competitor,  
plantis innocentibus consecrasti, in quo vastissima erudi-  
tionis Olympia, palmari semper ingenio decurristi. Omen  
annorum, quod TUÆ in nos propensissima voluntati, ac  
oblata ultrobeneficentiae vovemus, ex Libri argumēto ca-  
pias. Provisiones sunt Senectutis, illius Aevi prodroma,  
quod DEO clarè viso perbeatum, votorum omnium am-  
bitionem felicitate sua longissimè supergreditur. Tolle,  
lege ILLUSTRISIME ac REVERENDISSIME  
DOMINE, & Patria Nestor, supremas implens Infulas

Nestoreos vivas Soles, Pylijque senectam.

Ita precatur ex animo,

Ita vovet:

ILLVSTRISSIMO ac REVERENDISSIMO

NOMINI TVO

deditissimum

Collegium Calissense

SOCIETATIS IESV

APPRO-





# APPROBATIO

**O**pus posthumum PROVISIONVM SE-  
NECTVTIS, A.R. Patris Gasparis Druzbi-  
cki, e Societate IESV, magno elaboratum  
studio, sed non minori compositum pieta-  
te, valdè vtile & pernecessarium, non so-  
lùm luce publicâ dignum censeo, sed etiam  
singulari amplector affectu, cuius supersti-  
tis assiduos venerabar coniunctos cum pi-  
etate labores. Datum Posnaniæ die 19. De-  
cemb. Anno 1671.

Albertus Dobrzelewski.

*Præp. Lascent. Archidiacon. & Officialis Posn.  
Generalis.*



PROUI-

PROVISIONVM  
SENECTVTIS  
PARS PRIMA

Complectens Considerationes Speculatiuo  
practicas ac ad feruens  
instansq; Studium per-  
fectionis exhorta-  
tivas.

Provi-

# Prouisio I.

Per Satisfactionem Obligationi,  
quâ tenemur ad omnem perfe-  
ctionem curandam.

**C**onsidera te obligari ad feruens,  
perfectum, accuratum, auarum fame-  
licumq; DEI obsequium, ad salutisq; &  
perfectionis tuæ curam incessabilem;  
ad conquestionem diuitiarum spiritualium (quæ  
sunt bona perfectaq; opera, merita gratiæ & gloriæ  
æternæ, omnium virtutum Theologicarum, cardi-  
nalianum moraliumq; in gradibus perfectis conqui-  
sitio, deniq; consummata per omnem modum,  
quantum hæc vita paritur sanctitas atq; perfectio)  
quam maximam, quamq; copiosissimam; ita, vt  
tibi nihil desit, in vlla gratiâ. *I. Cor. 1. 7.*

Considera, te ad prædicta in tantum obligari,  
vt nullus tibi relictus sit locus, siue recusandi, siue  
tergiuersandi, siue negligendi, aut negligentius o-  
scitantiu suè agendi, ac ne cessandi quidē vel ad mo-  
mentum (quatenus hæc vita permittit) ab hac iam  
prædictâ occupatione. Etenim, si teste veritate.  
*de omni verbo otioso quodcumq; locuti fuerint homi-  
nes, reddent rationem in die iudicij Diuini: Utiq; eti-  
am & de omni tempore, momentoq; temporis ac  
vitæ, quodcumq; homines sine congruo ad æterni-  
tatem fructu, transmiserint; in illo eodem iudicij  
Diuini die, reddent consimilem, hoc est, rigoro-  
sam rationem. Atqui si de omni momento vitæ  
temporisq; ratio erit reddenda in iudicio, sine du-  
bitatione sequitur, nullum non vitæ momentum  
esse impendendum obsequio Diuino, cæterisque  
æternis bonis; & quidem impendendum eo cum*

A

indu-



industriæ conatu, qui sit & DRO dignus, & æterni-  
*Ioan. 6. 27.* tati idoneus: dicente Domino nostro. *Operamini,*  
*non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam eter-*  
*Ioan. 15. 16.* *nam.* Et rursum. *Ego elegi vos, ut eatis, & fructum*  
*Eccl. 9. 10.* *afferatis, & fructus vester maneat.* Cui consonat Sapi-  
piens, dum ait; *Quidquid potest manus tua operari*

*instante operare.* Non ait simpliciter, *operare*, sed  
addit *instante operare* totâ nimirum animi instan-  
tiâ & liberalitate sese inter operandum exerente &  
exercente. atq; hoc non in vno vel altero solum o-  
perationis genere, sed in omni penitus, ait enim.

*Eccl. 14. 13.* *quidquid potest manus tua operari, instante operare,*  
veluti præoccupans omne instans euolantis tem-  
poris operando destinati. Vt juxta eiusdem Sapi-  
entis monitum, *ante mortem, cum iam tempus non*  
*erit ultra benefacias amico tuo, tibi scilicet ipsi, &*  
*secundum vires tuas, exporrigens des pauperi, ite*  
*ipse tibi, quo nemo à bonis Spiritualibus pauperi-*  
*or, nec defrauderis à die bono, & particula boni doni,*  
*(atq; diei) non te prætereat.* Vbi non obiter temet in-  
spice, quomodo te vsq; hodie habueris in hac in-  
stanteâ, omnisq; momenti & particulæ occupa-  
tiâ æternaturi tibi operatione? quot momenta  
amifisti, sine fructu æternitatis? quot impendisti,  
non tantum particulas dierum, sed ipsos dies, atq;  
adeo annos, fructibus vanitatis, mortis, perditio-  
nis? Et quæso te quamdiu sic erit? quousq; dura-  
bit ista profusio & perditio temporis atq; vitæ sine  
fructu, & vtinam tantum sine fructu beatæ æterni-  
tatis. quo tamen, quid detrimentosius? & non eti-  
am cum damno duræ castigationis.

Considera, quod si omnibus hominibus prædi-  
cta cura incumbit, certè longè magis incumbit ijs,  
quos jam senectus salutat, & occupat. declarat e-  
nim ijs, quod iam modicum tempus habeant ad  
tantum opus officiumq; suum peragendum & ex-  
plendum: ac proinde monet & vrget illos, nunc  
æternum non esse cessandum, nunc, demum instan-  
dum

3  
dum atq; perurgendum esse, omne laboris ad æternitatem beatam proficientis genus. Et certè si non tantum hanc obligationem omnibus communem, sed etiam tum vitæ suæ breuitatem (senibus enim longa esse non potest) tum eiusdem omni velocitate velociorem fugam, tum nullam alterius deinceps temporis ad operandum meritoriè idonei sp̃e, tum rerum, fructuum, merciumq; comparandarum, hoc solo residuo, simulq; breui & volatili tempore dignitatem, pretium, necessitatem, tum deniq; cessationis & negligentiz irreparabilem per totam æternitatem compensationem, desperatamque penitus iacturam, quispiam hominum inspexerit & expendit, mirum & plus quam mirum erit, si videns se in hac breuiati iam vitæ suæ temporis circumstantiâ positum atq; conclusum, poterit de vllâ aliâ re huius vitæ ad momentum etiâ cogitare, & non hac vnâ & solâ curâ incessanter morderi, vt non defraudetur, à die bono, vt particula boni diei doniq; non eum prætereat, vt quàm auarissimè merita gratiæ gloriæq; accumularet, vt quàm plenissima plurimamq; virtutum opera exerceat, vt quàm contentissimo cursu *Siam Voluntatum Diuinarum decurrat*, vt per singulos gradus suos cum Job, per omnia quacumq; intra se sunt cum Dauid pronunciet, maiorem ac maiorem gloriam Deo. Atq; tu qui hæc siue legis, siue expendis, siquidem fortè in senectutis statu, qui est mortis cōfinium, iam positus es, exnunc accuratam tecum ini deliberationem, atq; firmissimam facitō conclusionem, & designato statuitoq; rationem viuendi & operandi, talem, in qua te nullum omninò momentum vitæ residuæ defraudet, nullum tibi sine æternitatis fructu, nullum sine vteriori in perfectione virtutum, maximè verò charitatis cōsummatione elabatur progressu.

*Iob: 31. 37.*

*Psal: 102. 1.*

## Prouisio II.

*Per suppletionem paucitatis perfectio-  
rum operum, meritorumq; hactenus partorum.*

**C**onsidera omnes annos præteritos vitæ tuæ, vsq; ad præsentem, in eisq; omnibus diligenter attende, quantum tibi ex eis perditum sit, partim nihil agendo, partim non agenda agendo, partim agenda non agendo, partim inutilis tibi agendo, partim nocua & noxia agendo, partim bona quidem, sed non benè agendo, partim benè quidè fortasse, sed non perfectè, neq; consummatè agendo, partim extra gratiam atq; amicitiam Dei, partim extra intentionem rectam, perfectam, sublimem, defæcatamq; agendo, partim non cum eo, quo & par fuit, & fieri potuit conatu, feruore, industria, liberalitate in Deum studioq; agendo. Infantia & primæ pueritiæ annos, in solidum perdidisti sine fructu, reliquas ætates iam scilicet rationis compotes, maximam partem ita impendisse te reperies, vt rationis vsum accepisse ad hoc solum videri possis, vt peius, quàm ante rationis vsum. hoc est, cum peccato operari posses. Quod si etiam in prouectiorem, ac si Superis placet, in perfectiorem vitam tuam, intendere oculum considerationis placet: ibi quidem forsitan minùs vitæ in perniciofa & criminosa opera impensum reperies: at tamen etiam inibi reperies, quod in Dei lumine ipsemet reprehendas, erubescas, desideas, vel in ipsismet bonis & perfectis tuis.

Considera seu meliorem conscientia tuæ portionem ac recessum, seu Cœlestium depositorum veluti locum, in eoq; bonæ cum Diuinitatis indulgentiâ, omnes bonorum tuorum operum, omnes meritorum, omnes donorum, omnes gratiarum, omnes beatitu-



5  
beatitudinum in futuro possidendarum, iam autē  
in præfenti merendo acquiratarum thesauros dili-  
genter inspicere, pondera, dinumera. Utinam non  
fallar, nec fallaris tu ipse, si non ibi omnia scrinia  
tuis opibus destinata conseruandis, vœua magis,  
quàm nunc autumas, comperies: idq; ideo: quia  
bona tua, in oculis quidem tuis bona, at in oculis  
Diuinæ Maiestatis minimè bona. exiguè valdè bo-  
na, æternitatis præmio, vel prorsus nullo, vel ad-  
modum exiguo digna reputantur. Itaq; thesauri  
illi tui, thesauri sunt demeritorum magis, quàm  
meritorum, aut si meritorum, paruorum certè atq;  
paucorum. Atq; vt exemplo res illustretur vel v-  
nico. Sacerdos es, plurium, etiam annorum, die-  
bus singulis Officium Diuinum recitasti: hæc tot  
tanti officij recitationes, in scrinio beatitudinis de-  
positas vide, recense. audes ne tibi ex mente con-  
scientiæ tuæ polliceri, totidem eos à te inueniri  
conseruatas in celo, quot eos recitando decurristi  
in vita præfenti? putas ne tale earum ibi esse præ-  
tium, quale esse par foret, si diligentia recitandi  
tanto pretio apud Deum ponderatorem dignas fe-  
cisset? Pari ratione expendas licet cætera tua ope-  
ra virtutum atq; perfectionum, vti sunt Missæ Cõ-  
fessiones. communiones. examina. coronæ. mor-  
tificationes. labores &c. Expendas quoq; simili-  
ter opera, quæ naturâ suâ indifferentia sunt, & nõ  
nisi ex modo motiuoq; agendi, pretium habent...  
Eheu quantis tu olim ventis & vacuitatibus imple-  
tos reperies thesauros tuos scriniaq; tua in celo,  
quæ nunc putas plenissima esse auro, argento, la-  
pidibusq; pretiosis. Nimirum *Egestatem operatur  
manus remissa. nimirum maledictus qui facit opera  
Dei negligenter.* Vide itaq; vide ô homo hac iam  
ætate declinante, ne, centum annorum licet, puer  
tamen moriaris, ne, qui modo tuâ, aut etiam for-  
tè alienâ opinione Vir diuitiarum Cœlestium exi-  
stimaris, in die immutationis tuæ nihil omnino,  
aut

*Prou. 10. 4.  
Ier. 48. 10.*

1. Cor: 3. 12.

aut parum quidpiam inuenias in manibus tuis. *inueniens* inquam *ligna, ferrum, stipulas fuisse*, quæ tu in præfenti existimas aurum, argentum, lapides pretiosos, à te super ædificata & congregata fidei, vocationi, operationi; extitisse.

Nunc igitur mi homo si sapias: ini consilium, fac deliberationem, fac & conclusionem, atq; præscribe vitæ tuæ subsecuturæ rationem, quâ hæc omnibus deceptionibus tuis occurras, & thesauros tuos reuera perfectis consummatiq; virtutum operibus repleas. Vt cum Iudicis æterni districtio aduenierit, cum iudex *Christus ventilabrum in manu suâ acceperit*, cum aræ suæ, vitæ scilicet tuæ perpurgationem & ventilationem inchoarit: nihil palearum, plenum autem granorum purgatissimorum, in vitâ tuâ se reperisse gaudeat, totumq; in horreum congreget & inferat.

## Prouisio III.

*Per nostra cooperationis, quam Diuina Gratia atque Gloria summè debemus expletionem.*

CONSIDERA quod omnia opera tua sint quidem tua: quia à te liberâ voluntate tuâ fiunt, sint tamen etiam & quidem magis ac prius, opera & bona & dona ipsius DEI. tum quia ab eius gratia sumunt initium, à qua etiam prodeunt in actum ipsū cum tua voluntate, gratiæ cooperante: tum quia sunt DEI propria, vt potè cuius proprietas & possessio est, omnis vbiq; reperibilis bonitas: siquidē

Iac: 1. 17.

*Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum.* Cum ergo omnia tua bona opera DEI sint, & propter possessionem & propter operationem eorum ab ipso, iuxta illud Isaïæ. *Domine omnia opera nostra, operatus es nobis.* sequitur, hæc eadem omnia tua opera, de-

Ier: 26. 12.

bere

7  
Deut: 32. 4

bere esse omni ex parte perfecta, & absolutæ bonitatis. Etenim *Dei perfecta sunt opera*. Quod si talia non sunt, quæ tua sunt, sed inveniuntur imperfecta & sordida, id necesse est à tua culpa provenire: provenire autem in DEI iniuriam, & quidem non lenem, imò nec vnam. Quod enim à DEO, quantum ex parte illius, perfectissimè peragitur, & valdè bonum esse debet; hoc ex tua parte & culpâ, quatenus negligenter & sordidè cooperaris DEO, imperfectum inuenitur, & sordidum tanquam pannus menstruatae reputatur. Atq; ita impeditur à te & per te Diuina in tuis operibus bonitas & perfectio, supponitur autem in eius locum tua imperfectio, remanetq; bonum Diuinum, quantum ex te, sordidum, vile & ingratum. Ex quo colligere debes, quanta tibi cura incumbat opera tua bona, benè, imò optimè operandi, sciens & videns eum modum, quo tu bona tua operaris, adiungi illi modo, quo DEVS eadem tua opera bona tecum operatur, & ita adiungi, vt non ex Diuino, sed ex tuo operandi modo, pretium omne, bonitas, perfectio, dignitasq; operibus imputetur. Quo fit, vt si tuus operandi bona modus egregius excellensq; sit, etiam DEI opus tale sit, taleq; ab ipso met DEO reputetur. Si autem tuus operandi modus sit miser, languidus, tepore & imperfectionibus scatens, id quoq; totum Diuino operi, ab ipso met DEO imputetur. nihilq; profit ad meritum vel laudem operis, illud à DEO perfectissimè factum esse. Quod sitne DEO iniuriosum, tu ipse iudex esto.

Considera ex omnibus operibus bonis tuis, DEO deberi gloriam & quidem maximam, & planè omnem. Non ex illo solùm capite, quia tu quidquid agis, totum in DEI bonum, scilicet gloriam honoremq; & obsequium agere debes, quando quidem quantus quantus es, in substantia & entitate, in partibus & potentijs, in efficientia & actionibus operationibusq; totaliter DEI possessio es, proinde



8  
*Isa: 48. 11.*

vt qui agri, vel arboris Dominus est, is etiam omnium quæ ager & arbor germinat possessor est. Verum etiam ex illo iam proximo proposito capite: quia Deus omnia tua opera tecum operatur, operatur autem in suam ipsius gloriam, dicente ipso.

*Propter me, propter me faciam.* Et quia Deus non potest gloriam suam quærere minorem, nisi quantâ ipse dignus est, inde fit, vt in omnibus suis operibus (etiam illis quæ tecum operatur, & in quibus tibi cooperatur) Deus, maximam atq; adeo omnem gloriam intendat & quærat. Inde etiam consequenter fit, quod tu (idemq; sensus esse debet de omni creatura) in omni opere tuo tenearis intendere & quærere gloriam Dei, & quidem maximam, atque omnem. fit quoq; inde, quod modus tuus operum tua operandi (Diuinæ præfertim cooperationi sociatus, ad Deiq; gloriam institutus) is esse debeat, qui & cooperationem Diuinam non dedecet neq; dedecoret, & gloriam Deo non tantum qualem qualem, sed maximam, sed omnino omnem quantum ex se proferat & producat. Hoc verò non tantum in grauissimis aliquibus, quæ à te sunt operibus seruandum venit, sed in omnibus omnino singulisq; operibus tuis, etiam minutulis, & specie sua abiectissimis (coram Deo enim nihil est abiectum, excepto solo peccato, siquidem Deus omnium est Author & Pater atq; fons) procurandum est, quoniam etiam talium operum, nihil non ad gloriam Dei maximam, & omnem faciendum est. Quod si ita se habet, vt omnino habet, iam hinc videre euidenter potes, cum quàm accurata contentione, cum quàm liberali conatu omnia opera tua facere, quantâ vigilantia omnem imperfectionem, imperfectionisq; vmbra ab omnibus tuis operibus & operationibus submouere debeas. quandoquidem quantum addes de perfectione operandi, tantum addes de gloriæ Diuinæ summitate, quantum verò ad miscebis de imperfectione, imò  
verò,

verò, si quid admiscebis de umbra imperfectionis in operando & in opere, fortè quidem parum ali- quid gloriæ Diuinæ seruias, aut addes, infinitum autem erit illud quod detrahes: quoniam Diuina gloria illa maxima, illa omnis est, quæ infinita est.

Quod an sine iniuria Dei esse possit, tibi iudi- candum sime. Cùm verò rectè & sobriè iudicaueris, retorque oculos mentis tuæ ad præteritos vitæ tuæ annos, & ad opera eorum, & ad operationis modos. Sit non obtrude tibi nunc peccaminosa opera: sed ipsa bona tua, ipsa obsequij Diuini o- pera tua expende, & ex supra dictis eorum quali- tatem recognosce: nimirum ex tot (& fac esse quàm plurima) quàm multa sint indigna & iniu- riosa Deo gloriæq; ipsius; quàm verò pauca, si ta- men vel pauca sint, Deo condignè digna, Deo con- dignè gloriosa? Post hæc verò eosdem mentis ocu- los dirige ad sequentes residuosq; vitæ tuæ an- nos: & tecum ipse deliberationem conclusionem- que facito, an tibi deinceps, iuxta præteritæ vitæ normam operandum Deoq; seruiendum sit? an omnem omnino aliam, nouam, per omnia perfe- ctionem perfectissimamq; operandi rationem, Deo condignam, Dei gloriæ maximæ, omnisq; fœcun- dam, ineundam, tenendam, exercendamq; in o- mnibus & singulis operibus & operationibus, in omnibus & singulis residuæ vitæ particulis? quo- niam residuæ sunt tantum, hoc est, quoniam exi- guæ, breues, euolantesq; sunt, neq; aliarum præ- ter hos siue post has, vlla spes, ulla expectatio est.

## Prouisio I V.

*Per adequationem (quantum fas) libe-  
ralitatis CHRISTI in nos merita  
sua influentis.*

1. *Thes:* 4. 3.

2. *Petri.* 1. 10.

3. *Pet:* 3. 14.

*Rom:* 6. 15.

**C**onfidera obligationem curamq; tibi hanc vnicam, maximam, totamq; incumbere, vt saluus fias, æternamq; beatitudinem, post hanc vitã consequaris. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra ait Apostolus. Ad huius salutis consecutionem Deus te vult peruenire per tua ipsius opera meritoria vitæq; æternæ digna. Satagite, ait per Apostolum, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. & iterum Satagite immaculati & inuiolati inueniri Deo in pace. Opera vitæ æternæ meritoria tibi nulla esse possunt, nisi facta à te fuerint, & ex gratia Dei. Ex gratia quidem tanquam auxilio Diuino supernaturali, quo hominem Deus excitat ad bonum operandum, adiuuat vt operetur, & cum operatur, deniq; subsequitur postquam operatus est. Iuxta illam Ecclesiæ orationem. Tua nos quæsumus Domine Gratia semper præueniat, comitetur & sequatur. Itemq; illam. Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni & adiuuãdo prosequere, vt cuncta nostra oratio & operatio, à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. In gratia verò, nimirum in amicitia Dei & consortio illius naturæ, atq; filiationis adoptiuæ, quæ quidem est vita animæ, à qua sola habet, vt opera vitæ, opera meritoria facere possit. Inde illud Apostoli. Gratia Dei, vita æterna, & quidem in Christo IESV Domino nostro. vt ibidem addit Apostolus. addit autem ideò: quia neq; auxilians, siue actualis, neq; sanctificans siue habitualis gratia haberi potest à nobis nisi per Christum, nisi inquam per merita & ex meritis IESV Christi: de quo infra. Igitur hic est ordo salutis humanæ, & hi passus ad illam. Saluari debemus, non possumus autem sine operibus & meritis (loquendo de adultis) Merita salutis habere non possumus sine gratia Dei, gratia nobis non datur, nisi ex meritis Christi. Christi merita nobis non suffragantur, nisi credamus



credamus in Christum. iuxta illud. Quotquot re-  
ceperunt eum ( scilicet Christum credendo in  
ipsum) dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et, de  
plenitudine eius accepimus nos omnes, &, gratiam  
pro gratia, quia lex per Moysen data est, Gratia  
& veritas per IESUM Christum facta est. Quo-  
circa vniuersa structura salutis nostrae aeternae su-  
per fidem in Christum aedificata consistit. Super fi-  
dem dico illam, quae per dilectionem operatur, vt  
ait Apostolus. de qua re idem alibi sic loquitur. Vt  
sapiens architectus posui fundamentum: alius au-  
tem superaedificat, vnusquisq; autem videat quo-  
modo superaedificet. Fundamentum enim aliud ne-  
mo potest ponere, praeter id quod positum est, quod  
est Christus IESVS.

Considera ex praedictis indigentiam tuam, qua  
Christo Domino opus habes. Indulgentiam Chri-  
sti, qua ille sese tibi profusissime indulget. Oblig-  
ationem tuam, qua tu Christo vicissim obligatus  
remanes. Indigentia tua, qua Christo, eiusq; me-  
ritorum indigus es, tanta est, quanta & ipsa salu-  
tis aeternae. eam enim sine Christo (vt visum supra)  
nullatenus assequi potes, sed omne tuum opus, si  
vitae aeternae meritorium esse vis, necessario debes  
ex Christo & ex eius meritis desumere, dignificare,  
viuificare. aliam omnino inutile & indigam erit a-  
eternae vitae. Declaraui hanc veritatem atq; indi-  
gentiam simul nostram ipse Dominus praecleara si-  
militudine. Manete in me, & ego in vobis, sicut  
palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi  
manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.  
Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me & ego  
in eo, hic fert fructum multum: quia sine me ni-  
hil potestis facere. Si quis in me non manserit,  
mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent  
eum, & in ignem mittent, & ardet. Nihil expres-  
sius ad nostram sine Christo insufficientiam decla-  
randam dici potuit. Nam quoad Christi, qua sese ti-

II  
*Ioan: 1. 12.*  
*Ibid: 9. 16.*

*Gal: 5. 6.*  
*1. Cor: 3. 10.*

*Ioan: 15. 4.*

bi &

bi & omnibus quantum ex ipso est, profundit Indulgentiam: ea quidem tanta est, ut maior nec desiderari, nec cogitari possit. Nam & ad omne prorsus meritorium salutis æternæ tuum opus sua tibi merita suppeditat, & non ad opus tantum, verum etiam ad ipsam voluntatem, quia & ad ipsam primam cogitationem operis. Luculenter dicente Christo: quia (inquit) sine me nihil potestis facere; proinde neq; velle, neq; cogitare, quoniam & hoc est aliquid facere. Cui consonat eius Apostolus cum ait. Non sumus sufficientes cogitare, aliquid (salutare) à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex DEO est. Et alio loco idem loquitur. DEVS est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Hanc porro profusionem meritorum suorum in nos exerceret Dominus omni prorsus momento, partim conservando nos in gratia & vnione secum, partim assistendo vultui DEI Patris pro nobis, & intuitu meritorum suorum, omnes & singulas gratias, omniaq; auxilia, ad bonum siue cogitandum, siue volendum, siue inchoandum, siue operandum, siue perficiendum, nobis obtinendo, impetrando, exigendo. tanquam mercedem suam, sibiq; à Patre cœlesti debitam in nostrum utiq; bonum salutis. Quocirca nullum est assignare momentum in nostra vita, quo Dominus IESVS meritis suis non obtineat nobis quantum in ipso est Gratiâ salutariter operandi à Patre æterno. Nullum etiam licet assignare opus nostrum bonum, in quod non influat, imò præinfluat meritis suis Christus, quemadmodum nullum est momentum, in quo vitis in palmites (in se manentes & non recisos) non influat virtutem, vigorem, efficaciam, vitam, profectum; nec influat solùm, sed etiam præinfluat, ex se habens præbensq; principium influendi, non ex palmitate. Est autem ista profusissima Christi in nos indulgentia non tantum inde, quia est ipsi naturalis, propter

13  
propter nimiam eius in nos dilectionem & charitatem, quæ illi naturaliter insita est, sicut DEO erga creaturas, sicut Patri erga filios, sicut capiti erga membra, sicut viti erga palmites: sed etiam quia est ipsi acquisita & empta, & quidem non auro, neq; argento, neq; corruptibilibus pretijs, sed pretioso sanguine suo proprio, quo profuso, & meruit & emit sibi à Patre hanc mercedem, hocq; officium, vt in nos, tanquam in membra sua, influeret efficaciam meritorum suorum, vtq; mercedis loco sibi debita à Patre daretur nobis omnis gratia ad salutem operandam necessaria. Quocirca omnis DEI gratia, quæ nobis datur, merces est laborum & passionum mortisq; Christi, & cui gratia aliqua datur, pretium sanguinis & merces laboris atq; mortis Christi datur. & qui gratiam DEI inquam bene vitur, per eamq; ad salutem proficit, ex merito Christi proficit, mercedem Christi adauget; qui verò gratiam DEI abijcit, aut non iuxta eius gradum operatur, mercedem Christi abijcit atq; euacuat. Maximam quidem cum Christi offensa: quia & cum maxima eiusdem iniuria, cum maxima eiusdem contristatione, cum maxima eiusdem inhonoratione, cum maxima erga bonitatem, charitatem, liberalitatem eius ingratitude, cuius enormitas patet ex obligatione. Ex tanta enim nostrâ, quâ Christi meritis indigemus indigentia, & ex tanta eiusdem Christi, qua ille nobis merita sua profundit indulgentia, non potest non consergere in nobis immanis quedam & nullatenus perolubilis à nobis ad Christum obligatio. Obligatio dico gratitudinis & gratiarum actionis, tanto, tâq; profuso, & tam nulla nostra vilitate & indigentate, insuperq; etiam ingratitude vincibili & arctabili in negotio tanti momenti, quanti est nostra æterna salus largitori. Quæ gratitudo, et si potest fieri & exhiberi Christo Domino per intimas cordium nostrorum gratiarum actionis affectiones; et si po-



& si potest etiam exhiberi deuotissimis orationibus & confessionibus, & laudationibus. etsi fieri potest insuper etiam aliquibus in Christi laudem atq; gratiarum actionem operationibus. Nullum tamen est genus gratiarum actionis in presenti negotio, seu Christo desiderabilius atq; honorificentius consequenterq; gratius & acceptius, seu nobis vtilius, atq; ad gratiam meritaq; Christi in nos amplius deriuanda accomodatius; quam ipsismet gratijs ac meritis Christi diligētissimè, accuratissimè, deuotissimè in operatione salutis perfectionisq; nostræ vti, vti autem ad eorum efficaciam adæquatissimè:

Hæc est enim vnica & pretiosa Christi glorificatio, hæc mercedis laboribus meritisq; eius debita augmentatio, hæc efficaciam meritorum eius vltima completio atq; consummatio. Quo quidem Christo gratius esse nihil posse, res ipsa quia loquitur perse, vltiori exaggeratione non eget.

At cum hæc ita sint, tibi quidem o homo iam incumbit ista cognoscenti & consideranti, primum quidem inspicere elapsam vitam tuam, atq; quantum per omnem illam in Christi profusissimam hanc super te liberalitatem & indulgentiam peccatum abs te sit tandem aduertere, æstimare, redarguere, deslere, punire & expiare. Deinde verò etiam atq; etiam acerrimam mentis contentione, tum cognoscere, tum decernere, qualem te esse in hac decliui & ad occasum vergente vitâ tuâ, deinceps oporteat, quàm profuso & circumspecto sinu cordis profusissimam ad eò Christi Domini largitatem, non tantum excipere, sed etiam etiamque prouocare. Id quidem præstabis ad mentem planè Christi Domini, si nullam gratiam DEI ex meritis eius tibi indultam in vacuum acceperis. Si nullam non auidissimo animi studio occupaueris; si nullam non plenissimo cooperationis conatu exæquare contenderis, si deniq; per nulla residui tibi

tibi  
& ha  
earu  
sura  
oper  
in

Pa

C  
rum  
si non  
loru  
esse,  
milia  
unq  
suor  
rum  
Iemu  
Hoc  
el: A  
ad Sa  
usho  
eius  
San  
vt ea  
conn  
nisi fi  
bis p  
feruo  
anter

15  
tibi temporis momenta ad gratias actuales, iuxta  
& habituales, temet amplius ampliùsq; disponere  
earumq; capaciorē te reddere iuxta earum men-  
suram obsequio Diuino æternæq; vitæ congruis  
operationibus te fatigare, te saginare, te explere  
in gloriam maximam DEI, in mercedem me-  
ritorum Christi superabundantissi-  
mam destiteris.

## Prouisio V.

*Per Imitationem & Supergressionem Ele-  
ctorum DEI.*

**C**onsidera vocatum te esse à DEO ad æmulationem imitationem supergressionemq; Sanctorum Dei in obsequio eius. Et Sanctorum quidem si non omnium, plurimorum certè, tam ex Angelorum, quam ex hominum ordinibus. Id hoc ita esse, potes ex eo conuinci; quia Dominus Deus familiare habet, nos ad amorem, cultum obsequiumq; prouocare, propositis exemplis Sanctorum suorum. quod non ob aliud facit, nisi vt nos eorum conuersationem intuentes, imitemur & emulemur fidem atq; fidelitatem ipsorum cum Deo. Hoc sensu Dominus dicit per Prophetam filijs Israel: Attendite ad Abracham Patrem vestrum: & ad Saram, quæ peperit vos. Non solum autem Deus homines vocat, vt per imitationem Sanctorum eius eidem dignè famulentur, securamq; viam & Sanctorum vestigijs tritam incedant, verum etiã vt eosdem in via Dei supergrediantur, superareq; connitantur. Hoc enim nisi fieri Deus vellet, ac nisi fieri posset: de factisq; fieret: nequaquam nobis proponet in Euangelio suo negotiantes suos seruos, lucrantes alios quidem decem mnas, alios autem quinque, esto singulas tantum mnas, alios  
autem

*Isa: 512*

autem quinque; esto singulas tantum in nomine à Domino ad negociandum accepissent. Non etiam profiteretur de seipso Paulus. Plus omnibus laboravi & iterum Ministri Christi sunt [ ut minus sapiens dico ] plus ego. Et rursus. Nihil enim minus fui ab ijs, qui sunt supra modum Apostoli. tamen nihil sum. Ad hoc etiam facit, quod sicut differt stella à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum Sanctorum in sanctitate. Adde quod non aliam ob causam Dominus voluit Sanctorum ceteris, in Religiosis præsertim Ordinibus, in unum institutum, professionem, domicilium cogi nisi ut æmulatione imitationeque; mutuâ sese inuicem prouocantes, unusquisque alterum supergredi in obsequiij Diuini ardore & cursu contendentes, seruiant Deo, alius quidem sic, alius autem sic, iuxta mensuram gratiæ sibi cælestis indultæ, quæ non est una ac eadẽ, sed omninò diuersa valdè: iuxta quam serui Dei ascensiones disponunt in corde suo, donec videant Deum in Sion, & multi consummati in breui expleant tempora multa. Neque enim alligatum est Domini Verbum, neque virtus, neque gratia, sed diuidit singulis prout vult: percipitque; ex terra sua bona, à se seminatâ, fructum trigessimum, sexagesimum, centesimum, secundum multiformem gratiam suam.

*Psal: 88. 6.*

*Sap: 4. 13.*

Age iam ô homo à Deo in terra Sanctorum posite & plantate, ad ordinem ceterumque; Sanctorum de terra Babylonis translate. computa annos uocationis conuersionisque; tuæ, numera dies conuersionis tuæ cum Dei Sanctis, & his qui in cælo, & his qui in terra sunt eius. Obi omnes Sanctorum ordines, omnesque; etiam in particulari Sanctos in cælo, ecquem unum ex his reperies, cuius imitator sedulus exstiteris; quem in sanctitate, & meritis æmulatus, quem prætergressus sis? Quem Apostolum in zelo & charitate æquasti, quem Patriarcham in spe, quem Prophetam in spe timoreque



reſq; Dei, quem Martyrem in fortitudine & con-  
 ſtantia, quem confefſorem in deuotione, oratione,  
 mortificatione, vigilijs, victoriâ de dæmonibus,  
 vigore & aſſiduitate pœnitentiæ, quem aut quam  
 Virginem caſtitate, continentiaq; vel aſſecutus  
 vel prætergreſſus es! O quantum chaos inter te &  
 Sanctorum quemlibet! Reuoca etiam in memoriâ  
 viuentes homines perfectos atq; Sanctos, quos no-  
 ſti quibus cum viuis, aut vixiſti, & confer tuas  
 virtutes cum illorum virtutibus, labores cum la-  
 boribus, aſtinitatem in ſeipſos illorum cum tuâ:  
 noſti illius perſonæ ad omnes humilitatem, illius  
 manſuetudinem, illius ſimplicem & innocuum cã-  
 dorem, illius verborum parcitatem & in loquendo  
 cautelam cultumq; ſilentij, illius in agendo feruo-  
 rem, illius in minimis regulis obſeruandis, in mi-  
 nimis perfectionibus conſectandis, in minimis la-  
 beculis imperfectionibusq; euitandis & caſtigãdis  
 ſedulitatem? Quàm ille punctualis in obedientia,  
 quàm ille à rebus creatis, affectu, & re ipſâ ſpolia-  
 tiſſimus? quàm ille ad omnia placita Diuina & ma-  
 iorũ ſuorum reſignatus paratusque? ille verò quã-  
 tus in fraternæ charitatis cura? quàm portat alie-  
 na onera? quàm ſupplet ab alijs prætermiſſa? quã  
 irarſci neſcius? & vlcifci; quàm laedit neminem,  
 quàm vincit in bono malum? quàm nulli inuidet?  
 quàm ex animo compatitur & ſuſtinet ſubleuatq;  
 infirmos? Ille verò quàm in Orationem & Deuo-  
 tionem profuſus? quàm in orando, contemplan-  
 do, cum D E O agendo inſatigabilis ſimulq; Maie-  
 ſtatis Diuinæ reuerentiſſimus? quàm in omnibus  
 & ſubditus D E O, & in eius Prouidentiâ ſecuriſ-  
 ſimè proiectus? Quàm ſæpè quãq; multorum  
 tu pœnitentium tuorum admiratus es virtutem,  
 confuſusq; es de tanta animi puritate, innocentia,  
 diligentia, placendi D E O curâ, inter licet negotia  
 mundana, minimè tamen mundanas mentes? quo-  
 ties ab eorum lumine ipſe illuminatus? ab eorum  
 quæſitis

quæ sitis ipse instructus? ab eorum feruore ipse inflammatus? ab eorum deniq; feruore ipse prægressus & superatus es? Nonne & hic magnū chaos inter te & istos, inter horum & tuas virtutes? inter horum & tuam perfectionem? Et tamen tu per ætatem perq; opinionem, Magister in Israel uidebaris, & uideris esse? Qui tibi pudor erit, putas in Iudicij die, quando tuam ignauiam, tam multi multorum ferient oculi, dicentes. Ecce homo & opera eius? En quàm curauit us, quàmq; impositum est nobis, putantibus summam in isto fuisse perfectionem, summum perfectionis studium, summam cum Christi uirtutibus similitudinem, summam cum DEO vnionem. Ecce autem ille, quàm in animis serpsit, quantā pigritiā tepuit? O medice, quare te non ipsum curasti? O magister, qui alios docuisti, cur te ipsum non docuisti? Dux aliorum, quare ipse non peruenisti? Inflammator aliorum, cur ipse tepore ob torpuisti? Quis tibi pudor? quæ latebræ, quæ excusationes tunc suffragabuntur?

Ergo inueterate dierum tepidorum & ignauie consecratorum, vel nunc in effluentibus istis vitæ annis te respice, & saltē fac, ut eos assequare, quos longissimè præire atq; post te relinquere & putabaris, & potuisti & debuisti, inter tanta, inter tot auxilia Diuina, Sanctorum exempla, status tui media annorumq; curricula. Quibus omnibus, si ad usq; hæctenus non ex æquo debitoq; respondisti, in hoc quidem vitæ residuo, non tantum respondere, uerùm etiam præteritas iacturas compensare, nec tantum compensare, sed etiam superare, toto animi conatu, elabora.

## Prouisio VI.

*Per Imitationem Pretiosissima DEI Matris quàm perfectissimam.*

Confidera

**C**onsidera vocationem quoq; tuam & fuisse & Cadhuc esse, vt Pretiosissimam DEI tuamque Parentem quantum mortali fas esset, id est, quam maximè & quam perfectissimè imitaretis. sicut enim ad hoc DEUS rerum conditor sapientissimus iuxta ac providentissimus, solem in alto loco posuit, quem luminosissimum & in omnia inferiora beneficentissimum esse voluit, vt omnium in eum oculi intenderent, ex eo virtutes omnes haurirent, ita idem Dominus Gratia dator profusissimus Pretiosissimam suam Matrem, sole hoc visibili longè illustriorem, quippè lux perfectionis atq; dignitatis & Maiestatis sole vestitam, in altissimo præclarissimoq; Regni sui cœlestis loco & statu collocavit vt ad eam omnium seruatorum suorum oculi, mentes, corda conuenterentur subleuarenturq; & ab eius efficacissima beneficentia, omnes, omnem plenitudinem bonorum, hoc est, maximam cum eadem similitudinem morum, veluti molles ceræ à figilio, veluti in nitida specula ab opposita specie exciperent, eaq; in suo beato Regno præfulgerent.

Et tuæ igitur partes fuerunt, operam omnem dare, vt totus fieres mulieri huic sole amictæ, soli; iustitiæ amicissimæ, quam similibus, quam vicinissimus, quam familiarissimus. Tuæ partes fuerunt, operam omnem dare, vt totus in Mariam, transires, totus in affectum erga Mariam migrares, totus Mariæ laudes spirares, rotus Mariæ honor esses, honoresq; vbiq; plantares, totus Mariæ peculium, patrimonium, possessio, hæreditas, hæreditatisq; prouentus fieres, perinde uti etiam hæc omnia, infinitisq; plura & maiora tibi est Maria, tibi sunt in Maria, tibi sunt per Mariam, sunt tibi propter Mariam.

Considera enim Amorem Mariæ erga te, qui tantus est, vt & si tu vilissimus, peccaminosissimus ingratusq; sis, & causa autorq; passionis vni-  
geniti eius, ipsa nihilominus, & amaerit te, dede-



ritq; Filium suum in mortem crucis pro te. & amete, vt etiam peccatis ipse tuis trahatur ad ainandū te miserendumq; tui. Memor & gnara vnigenitum quoq; suum miserabilitate peccatorum tuorum in visceribus misericordiæ suæ fuisse commotum ad amandum te vitamq; suam pretiosam ponendum pro te, quod ipse faretur Propheta dicenti. *Longe Dominus apparuit mihi. Cui respondet. Et in charitate perpetuā dilexi te, & attraxi te miserans.* Quod ipsum fufius enarrat de seipso apud alium Prophetam, in cætera dicens Animæ cuiuslibet peccatrici. *Transiens per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi cum esses in sanguine tuo, viue dixi inquam tibi, in sanguine tuo viue.* in hunc ergo modum Mater imitatur filij sui charitatem, & amauit & amare pergit te, quamuis reuera indignissimum elicientibus eius in te charitatem, tum Filij sui labore pro te, tum miserâ peccatorum tuorum, quæ hæret in te. Est enim Maria æmulatrix Samaritani illius veri, & illius exemplo miseretur saucium, spohatū, femiuuium, & ab omnibus derelictum te. Hic porro amor Mariæ nequaquam sterilis fuit aut est in te, sed profusus est profunditurq; in omnia momenta, per liberalissimam beneficentiam super te. In finitum esset recensere omnia beneficia eius. Vnū recole beneficium Vocationis Religiosæ, quo utiq; illa te ornauit & ditauit, haustum de thesauris Diuinæ Prædestinationis & prouidentię circa te. Quanta sint in uocationis Religiosæ beneficio bona, nulli hoc tibi calami describere, nulli discursus explicare tam præclare possunt, quàm tua ipsius tot annorum experientia. Vide & numeros, quot malorum generibus, speciebus simulq; myriadibus expeditus es per vocationem Religiosam? vide item & numeros, quot bonorum generibus, speciebus simulq; myriadibus per eandem ditatus, vallatus es iam nunc, & adhuc vallandus dum viues, maximè verò dum beatam æternitatem posside

dere incipies? Atqui omnes hæc myriades, Mariana imprimis post Deum beneficia sunt & erunt. Et quomodo respondisti, quomodo respondes, quomodo non minor, ac planè minimus minutulusq; es, in tua erga ipsam gratitudine?

Confidera etiam (ut saltem obiter attingam, minimè licet obiter considerandas) Mariæ virtutes. Mariæ gratias. Mariæ dignitates. Mariæ officia. Mariæ honores. Mariæ potestates. Mariæ merita & apud Deum, & apud omnem creaturam, quibus solo tantum Deo Filio suo inferior est. omnè autem & inferiorem & superiorem mundum immensè excedit. Ad quæ condignè æstimanda, Dei Filij solius & sola mens quæ contulit capax est. cæteræ creaturæ omnes, & singulæ, tam ad æstimandum impares sunt, quàm ad exæquandum insufficientes. Atq; his tu omnibus, quantum tibi consideratis æstimatesq; intellige quænam fuerint tuæ partes ad Mariam diligendam, æstimandam, colendam, prædicandam, imitandam? Quàm parum ac planè nihil effecisses, etiamsi tota vita tua aliud omninò nihil egisses, nisi quod te officio tuo obligationiq; erga Mariam, omni possibili tibi conatu, studio, feruore incessabiliter impendisses! Cū verò conscius tibi sis, te planè hoc in officij erga illam genere negligentem atq; perfunctorium fuisse, iam cogita & conclude, quàm ingratus, quàm iniurius, quàm morosus erga tantæ Eminentæ personam, quantæ Maria Dei Mater est, existeris? Accedit ad ista omnia, quòd hæc Dei Pretiosissima Dignissimaq; Parens, tua facta sit, ex tua quidem voluntate atq; electione (nam alios fontes nunc prætereo) facta sit inquam tua Domina & hera, tu verò eius mancipium: tua Mater, tu verò eius Filius, tua Hæres, tu verò eius possessio & Hæreditas, tua vicissim possessio atque Hæreditas, tu verò eius hæres. tua Sponsa, tu verò eiusdem sponsus, charitate mutua illi desponsatus. Ex quibus om-

mnibus tuis cum DEI Matre connexionibus, maxima ac prope modum infinita tibi confurgit obligatio, immò obligationum seges, quibus omnibus ad amorem, exaltationem, appretiationem, venerationem, semper semperq; maiorem, atq; nulla efficacitate exhauribilem, hinc tuæ Dominae, tuæ Matri, tuæ Hæredi, tuæ Hæreditati, tuæ Sponsæ, obnoxius es & eris.

J nunc & vide quomodo hæctenus Mancipij-Filij, Hæreditatis, Hæredis, Sponsi Mariani partes expleueris, & quia sine dubio multam sterilitatem, ignauiam tuam deprehendis. nunc ergo saltem hoc quodcunq; residuum est annorum & vitæ, hifce partibus quàm plenissimè explendis impende: sciens tantum te placiturum DEO, quantum placebis DEI Matri. sciens etiam tantum te accessurum ad DEUM, in gloria; quantum accedes ad Mariam in Amore & gratia; sciens contra, tantum defecturum apud Deum in meritò, quantum deficies erga Mariam in deuoto obsequio.

## Prouisio VII.

*Per Imitationem & fruitionem Domini  
Nostrì JESV Christi Crucifixi.*

C Onsidera vocationem etiam tuam esse, fuisse semperq; fore, ut Christum JESUM Dominum tuum imiteris. Non enim ille de cælis ac sinu Aeterni Patris in terras descendit carnemq; nostram induit, idè solùm; vt nos sanguine suo redimeret, aut vt nobis legem vitæ & disciplinæ præscriberet, aut vt Rex noster etiam secundum hominem fieret aut vt nobis Patrem reconciliaret, cælos aperiret, peccata condonaret; verùm etiam idè; vt nobis seipsum, vitamq; suam & mores suos, actusq; omnes, in exemplum, in speculum, in regulam, in amissim exhiberet. Cui nos veluti regulæ exemplariq;



plariq; consummatissimo inhaerentes, indubitate  
 sancti, recti, iusti, perfecti, vitae aeternae idonei co-  
 ram iudice DEO Patre inueniremur, inuentiq; vitae  
 aeternae hereditate donaremur ex gratia quidem  
 Dei Patris, ex meritis autem ipsius Christi, & ex  
 bonis operibus nostris in Christo, & ad exemplar  
 operum Christi factis. Hinc est illud toties repeti-  
 tum à Christo Domino. *Sequere me. Discite à me.*  
*Exemplum dedi vobis. Venite ad me omnes. tollite iu-*  
*gum meum super vos. Non est seruus maior Domino*  
*suo. Ego sum via, Veritas & Vita. Ego sum pastor bo-*  
*nis: pastor ante oues vadit, & oues eum sequuntur:* Ioan: 10. 11.  
*quia sciunt vocem eius. Qui non sequitur me, non po-*  
*test meus esse discipulus. Non est me dignus.* Ibid: 4.  
 Quibus omnibus suis dictis, Dominus, & necessitatem &  
 obligationem declarat, quae nobis incumbit, vt eū  
 in moribus virtutibusq; eius imitemur. Cum ve-  
 rò hoc ad omnes homines, praesertim qui in Bap-  
 tismo Christum induerunt pertineat speciali tamē  
 ratione, hoc opus eorum est, qui Christi Domini  
 etiam consilia amplexi, simul etiam obligationem  
 plenā & perfectā Christi imitationis in sese rece-  
 perunt atq; induerunt. Tales autem Religiosi o-  
 mnes sunt. De quorum numero cum & tu misera-  
 ratione Diuinā existas, nihil tibi suffragatur, quo  
 Christi imitationis obligationem reculare possis.

Considera autem mores, opera & virtutes Chri-  
 sti Domini triplici modo, seu sine nobis proponi &  
 à nobis cognosci posse (quod idem etiam de San-  
 ctorum virtutibus dici potest.) Primus est idcirco  
 cognoscere virtutes moresq; Christi, vt virtutum  
 natura, species, partes, gradus, dignitas, perfectio  
 agnoscat. Secundus est, vt ob virtutes & earum  
 opera, excellentiam, exempla q; Christus laudetur.  
 Tertius. Vt agnitae in Christi operibus exemplisq;  
 virtutes, à nobis imitatione sedulā, suppariq; ex  
 desiderio Christi similitudinis atq; perfectionis &  
 gratiae effingantur in nobis, & in vita, moribus, o-

peribusq; nostris. Primus modus & finis, non est ille quidem malus, magis tamen est Philosophicus, quàm Christianus, si ulterius non procedat, quin potest esse aliquando meræ curiositatis. Secundus finis atq; modus, est quidem ille bonus cum Christum, & eius virtutes laudare, bonum procul dubio sit, parum tamen utilitatis ex eo percipit laudator, qui si non vitra se porrigat. Politicum magis, quàm Christianum redolebit. Tertius deniq; Modus ac finis optimus, & ex mente Christi est, propriusq; Christianorum Religiosorum, perfectorum, & tum salutem, tum perfectionem completam continens atq; conferens suo exercitatori. *Sicut enim discipulus non est supra Magistrum: sic sufficit illi si sit sicut Magister eius.* Iste ergo tertius modus, circa Christi Domini virtutes, ab omnibus veris Christianis, Religiosis Perfectisq; curandus, exercendus, & toto mentis conatu laboreq; perficiendus est, ac in eius perfectionem consummatam, totius vitæ nostræ cursus indefinenter impendendus est. Alioqui quidquid agitur à nobis aliud, si non per viam vitæ virtutumq; Christi curritur, totum frustra est & ludificatio est: sicut frustra cucurrit, quisquis quanquam contentissimè, sed non ad metam cucurrit. Christus autem noster, est via in exemplo, sicuti veritas est in verbo, & est vita in præmio.

Confidera insuper, quid in Christo imitandum sit, quænam scilicet opera & quæ virtutes. Neque enim omnia quæ in Christo Domino sunt ad imitationem nostram, hac præsertim in vita, assumenda sunt. Quædam enim sunt inimitabilia, vt sunt Diuinæ potestatis miraculosa opera, quæ imitari præsumere, & superbi, & insani sit. neq; hæc Dominus nobis proposuit in se imitanda. Et quanquã dedit seruis suis aliquando potestatem eijciendi dæmonia & super omnem virtutem inimici, infirmosq; curandi & similia patrandi; docuit tamen illos,

illos, quomodo se in talium patrione gerent,  
dicens. *Nolite gaudere in hoc, quod demonia subi-  
ciuntur vobis, sed in hoc gaudete, quia nomina vestra scri-  
pta sunt in caelo.* Et cum aliquando dixisset illis *Di-  
scite à me: non adiecit. Mundum fabricare, morbi-  
dos curare, demonia eijcere, miracula facere* sed ad-  
didit: *quia mitis sum & humilis corde.* Atque hæc  
sunt alia opera Christi imitabilia & imitanda quã  
studiosissimè, opera nimirum humilitatis, mode-  
stæ mansuetudinis, patientiæ, obedientiæ, castita-  
tis, pauperatis, mundi & sui contemptus atq; ab-  
negationis, obseruationis mandatorum, condona-  
tionis iniuriarum, DEI & proximi dilectionis.  
Hæc sunt quæ in Christo securè imitatur, hæc  
sunt, per quæ, ad interiora IESU ingredimur, per  
quæ æmulamur charismata meliora, cum scilicet  
pauperem, nudum, contemptum, stultificatum,  
patientem, laborantem, egentem, passum, crucifi-  
xum, Patri per omnia subditum, propter obedi-  
entiam & reuerentiam Patris eidem supplicem, atq;  
formam serui indutum insuperq; exinanitum, a-  
more honoris Paterni & salutis nostræ mortuum.  
cùm inquam talem Christum amamus, ac in ipsis  
nobis effingimus, in eumq; talem propter nos fa-  
ctum, vicissim propter illum transformamur, tunc  
transcendimus forinseca IESU, & vt dixi interio-  
rum eius participes reddimur, ipsumq; Christum  
proprijissimè induimus.

Hiscè consideratis, tu te ipsum iam respice, &  
quantum sit chaos inter te & Christum, inter vir-  
tutes tuas & virtutes Christi, inter mores tuos &  
mores Christi, inter interiora tua & interiora Chri-  
sti animaduerte, attende quod hæc de Imitatione  
Christi lingua, si apud te ignotum sonet ac si quod-  
piam de noui orbis idiomatibus audires. & tamen  
hæc sunt exordia atq; prima elementa sermonum  
doctrinarumq; Christi dicentis accedentibus ad se.  
*Sequere me &c.* Ergo tu per tot decedes annorum



Christi discipulus tantum in schola imitationis eius profecisti, quantum profecisse te vnus diei, aut horæ discipulum, erubescere quàm maximè opus esset. Nec dum triennio discipuli Christi apud ipsũ perdurarant, & tamen Dominus exprobrat illis.

*Adbuc & vos sine intellectu estis? & alibi etiam grauius. O generatio incredula & peruersa, quousq; ero vobiscum? & quequo patiar vos? tu tot annorum*

*Mat. 17. 16.*

decadibus ad Christi latus hærens, cælestibus eius doctrinis exemplisq; operum saginatus, & nihilominus ad eò morum Christi rudis, ad eò ab eius imitatione nudus, quid quæso tu reprehensionis exprobrationisq; audies? quid castigationis supplicijq; referes? Arbor trienio in horto sine fructu tolerata, excindi nec terrã occupare frustra iubetur; alia ficulnea fructibus cassa, licet non esset tempus sicorum, tamen maledicatur à Domino, & aeterna sterilitate plectitur. Quid te putas manet non trium sed triginta trium & eo amplius annorum Religiosum, in fertilissimo, si quis alius, Ecclesiæ Christi agro, infructuosum?

*Mar. 11. 18*

Age igitur, te, resq; tuas tandem circumspecte, & seriam rationem im atq; institue, quã ad exactissimam Christi in moribus virtutibusq; similitudinem studiosissimã & resolutissimã imprecatione pertingere elaboras. Er licet quantumcunq; te deieceris humilior Christo non eris: quantumq; te nudaueris, pauper maior Christo, non eris, quantumcunq; toleraueris, patientior Christo non eris, nihilominus quàm maximam similitudinem vicinitatemq; desidera, procura, elabora. Nulla sit dies, nulla hora, nullum quoad fas momentum, nulla actio tua, quã non ducas lineam similitudinis ad Christum. Scito nullam esse Christo gratiorem & gloriosiore tuam circa Christum occupationem, & cum Christo tractationem, & Christi laudationem; quàm eius abs te imitationem, quàm tuam cum iplo perpetuam assimilationem, quàm tuam cum

eum ipso quàm maximè genuinam similitudinem. Hoc enim vnum & solum, iustar omnium est obsequiorum & encomiorum, quæ Christo impendi debent & possunt à te. Hoc est Christum amare, Christum induere, Christum efformare, Christo vti, Christo vniri, Christo configi, Christo consensu peliri, Christum manducare, Christum bibere, deniq; cum Christo esse, cum Christo viuere, cum Christo regnare, Christum esse.

## Prouisio VIII.

*Per Imitationem & fruitionem Domini nostri quàm familiarissimam.*

**C**onsidera incumbere etiam tibi imitationem Domini Dei tui, imitationem autem non qualem qualem, sed imitationem in perfectione, in sanctitate, in rectitudine, in iustitia, in veritate, in pietate, in misericordia, in charitate, in Dei glorificatione. Imitantur quidem omnes creaturæ Deum tanquam conditorem suum tanquam operam artificem à quo sunt, & habent, & possunt & operantur, quidquid sunt, & habent & possunt, & operantur ac ideo ad modum sui fontis, suiq; Idealis Esse, artisq; ipsas efficientis, & in esse operationeq; conseruantis, necessariò semper operantur: neq; vnquam ab hoc genere imitationis creaturæ possunt exerrare, cum natura & essentia earum sit, sic se habere. Sed est alia Deum imitandi ratio, per liberi arbitrij motum, scilicet iuxta Rationem, & legem, & voluntatem, & ideam, & exemplum Dei. Quæ omnia D E U S impressit nobis, primum quidè in creatione, condens nos creaturas Rationales, liberas, actionumq; nostrarum potentes & dominantes. Quod non minus expressè, quàm copiosè affirmat Spiritus Sanctus per Sapientem dicens. *Deus Eccl. 15. 14. ab initio constituit hominem, & reliquit illum in ma-*

*in consilio sui*: adiecit mandata & præcepta sua. Si  
 volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in  
 perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi  
 aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum  
 tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & ma-  
 lum, quod placuerit ei, dabitur illi. Deinde verò  
 præter arbitrium liberum & legem, partim in na-  
 turali ratione impressam, partim etiam exteriore  
 intimatione præceptam: adiecit lumen superna-  
 turalis fidei per Christum reuelatæ, simulq; donum  
 gratiæ ad obseruationem necessariæ, quâ de re lo-  
*Ioan: I 17* annes Baptista testatus est dicēs. *Quia lex per Moy-  
 sen data est, Gratia & Veritas per Iesum Christum fa-  
 cta est.* Ex his ergo liberæ rationis & reuelatæ ve-  
 ritatis, quarum priorem cum natura, posteriorem  
 cum gratia, priorem nascendo, posteriorem re-  
 nascendo sortimur. ex his inquam Rationis & ve-  
 ritatis fontibus; confurgit in nobis, & facultas &  
 necessitas Deum imitandi. De qua re luculenter  
*Eph: 5. 1.* Apostolus sic loquitur. *Estote ergo imitatores Dei, si-  
 cut Filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut &  
 Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis,  
 oblationem & hostiam Dei in odorem suauitatis.* Quod  
 ipsum à Christo Domino non euulgatum solum,  
 verum & præceptū habemus. Nam cum inter alia  
 præciperet nobis dilectionem inimicorum atq; ca-  
 lumniatorum, adiecit causam præcepti dicens. *Vt  
 Matt: 5. 44.* *sitis filij Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum  
 oriri facit super bonos & malos.* Neque hoc dixisse  
*Ibid. 6. 48.* contentus, iterum subdidit. *Estote ergo vos perfe-  
 cti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Quæ  
 Domini grauiissima lententia atq; præceptio, non  
 solum qualemcunq; imitationem, sed etiam perfe-  
 ctam, sed in ipsa perfectione Patris cælestis, à no-  
 bis exigit, eamq; in eo fundat: quia nos quidem  
 filij, ille autem Pater est. Est autem sine dubio om-  
 ni rationi consonum, vt filij Patrem moribus re-  
 ferant, eiusq; actiones & virtutes, suis actibus &  
 virtuti-



virtutibus imitando representent. Quod opus si-  
cut est super omnia opera nobis incumbentia ad  
peragendum grauissimum, sic est etiam super om-  
nia nobis, & fructuosissimū & simul honorificē-  
tissimum. Quid enim potest cogitari, tum grauius,  
tum fructuosius, tum dignius, quàm esse nos per-  
fectos, sicut & Pater noster cælestis perfectus est?  
Certè sicut nihil est perfectius Deo: ipse enim  
perfectio, est mensura & fons omnium aliarum  
perfectionum; ita ille est in moribus & actioni-  
bus suis perfectior, & maior, & dignior, qui est  
Deo, in eius morum & perfectionum expressione  
vicinior. Quod si præclara res est, tam ad fructum  
quàm ad laudem Sanctorum Dei perfectiones ex-  
pendere & æmulari: quanto erit fructuosius & lau-  
dabilius Diuinas perfectiones sic scrutari, vt etiam  
eas assequaris, etiam induas, etiam in eas imitatio-  
ne transformeris. Vtile est, ex riuulis aquam pete-  
re, sed longè præstantius ex fonte aut mari ipso  
haurire. His adde quod quantitati assimilationis  
nostræ cum Dei perfectionibus moribusq; in hac  
vita, responsura sit assimilatio item nostræ cū Di-  
uinis beatitudinibus beatificisq; perfectionibus in  
illa altera. Iuxta cuius assimilationis in cælogra-  
dum, erit etiam gradus nostræ beatitudinis, no-  
stræ beatificæ in Deum transformationis, nostræ in  
Diuinas beatificas laudes effusionis, nostræ deniq;  
& totius vniuersi per nos, ac propter nos perfectio-  
nis & exornationis atq; exhilarationis. Vnde col-  
ligi potest, quàm insatiabilem infatigabilemq; cu-  
ram nostram esse oporteat in Deo, per hoc vitæ tē-  
pus, in suis moribus imitando, & quàm maximè  
per nos & in nobis assimilando.

Considera autem in quonam præcipuè ac vlti-  
matè consistat, quidq; requirat hæc Diuinarum per-  
fectionum & morum à nobis imitatio, vt congruè  
& cum profectu fieri possit. Primò igitur. Opus est  
habere notitiam morum & perfectionum Diuina-  
rum:

rum, quas quidem nobis manifestat creatura: dicente Psalmo. *Celi enarrant gloriam Dei.* & Apostolo. *Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur:* sempiterna quoque eius virtus & Diuinitas. Manifestat deinde Sacra Scriptura & fidei reuelatæ doctrina. Vtriusque huius rei, scilicet creaturæ & Scripturæ consideratio, ducit nos in cognitionem perfectionum & morum Dei, inibi que luculenter & luculentissime in Christi Domini tum persona, tum doctrina, tum operibus elucescentium. Secundo cognitioni & considerationi morum ac perfectionum Dei, addenda est reflexiua quædam ad nostros mores & ad operationes nostras applicatio. Quamuis etiam nuda consideratio morum Dei, arcana quadam & sibi propria virtute eisdem mores effingit, in moribus ipsius considerantis, si hoc diligenter assidueque faciat. Nihilominus hæc efformatio longè efficacior redditur, quando vt dixi reflexiue & practice moribus nostris consideratio ipsa applicatur. Sicut enim pictor solo intuitu Regiæ personæ, non effingit imaginem eius in tabula, sed manu coloribusque opusest. sic mores Diuini, sola consideratione sui in cordibus moribusque nostris, non efformantur, nisi accedat practica eorum in nobis delineatio.

Tertio. Hæc practica delineatio morum Dei in tabella cordium & morum nostrorum, exigit conuersationem cum Deo commorationemque idque siue ita, vt nos apud Deum, siue ita vt Deus apud nos (esto hæc in idem recidant) commoretur: ad quod non est opus, neque alta cælorum à nobis conscendi, neque Deum ad nos inde descendere, neque eundem apud alias aliasque creaturas venari, sed cum immensus sit. & tum ubique, tum etiam in propriis intimisque nostris cordibus, velut in cælis sibi gratissimis (anima enim iusti, sedes est sapientiæ) conuerteretur, assuescendum omnino est nobis, vt ibi,

Greg: Hom.

30 in Euuag.  
tribuit Salo-  
moni Et Au-  
gust: in Psal  
121. sup. 7. 27  
iuxta LXX.

Aug: iterum

intra

intra  
biscu  
Inde

Deo  
moro  
uiffin  
tia  
ri po  
plicia  
hifce

Q  
liaris  
xerim  
fame  
plens  
ctum  
rem

labor  
votis  
men  
angit  
prad  
tem,  
fens  
signu  
tand  
effec.

se, pr  
sibi  
amar  
veru  
abfer  
rit.  
dus,  
me, i  
tum  
bens

intra nos & cum Deo conuersetur, & Deum nobiscum conuersantem agnoscamus habeamusque. Inde enim conserget.

31  
Conc: 1. in  
Psal: 88.

Quarto amicitia familiaritasq; & conuictus cū Deo mutuos, quin & assuetudo quædam intima ad mores mutuos. Hoc autem negotium, optimè suauissimè efficacissimèq; perficitur charitate, præsentia Dei memoriâ, orationis vsu, quàm maximè fieri potest sine intermissione, quàm impinguet simplicissima fiducia & deuotissima reuerentia. Ab hisce manabit.

Quinto, Fructio Dei vtrinq; valde grata, familiaris, cordialis, sapida, confidentia plena, penè dixerim assidua, certè ereberrima, satians, nec tamè famem adimens, sed explendo acuens, ncuendo explens. Quod ne quis miretur, aut ne etiam suspectum habeat, obseruo, multorum iustorum errorem esse, quod semper Deum quærant & inuenire laborent, ad se inuicem, desiderent; neq; tamen votis suis potiantur: vt ipsis videtur etiam experimento constare. Quæ res multum iustoseiusmodi angit, & à profectu distrahit: Non aduertentes practicè, Deum frustra & erroneè à se quæri absentem, desiderariq; cum sit reuera intimè illis præsens per gratiam & charitatem, cuius est euidentis signum, illa ipsa in desiderando, quærendo, inuitando anxietas: hæc enim non esset, si ille absens esset. Est ergo intimè & amicissimè præsens, sed esse, practicè vt dixi ignoratur, nec eum Anima vt sibi intimum agnoscit, neq; vt præsentem tractat, amar, amplectitur. gaudet, gratias agit, oblectat; verùm nihil, vt cum præsentem agit, sed tanquam de absente semper cogitat, velut longè positum requirit. Qui error exuendus est iustis, & sæpè agnoscendus, habendus, tractandusq; Deus, vt quàm maximè, intimissime, familiarissimèq; præsens, nec tantum præsens, sed etiam præsentia fructus exhibens; quorum primus præcipuusq; est. Fructio  
ipsis,



ipsa, qua & Deus fruitur Animâ, & hæc vicissim Deo. Quod sit contemplatione, hoc est de Deo, cum & coram Deo cogitatione, deq; eius perfectionibus & attributis, moribus, operibus, beneficijis, Essentiâ Vnitrinâ. Desigendo obtutum deuotum in Dei eiusdem pulchritudinem, sapientiam, admirabilitatem, maiestatem, dignitatem, laudabilitatem, potentiam, iustitiam, misericordiam, immensitatem, simplicitatem, veritatem. Gustando etiam eius dulcedinem, suauitatem, appetibilitatem, familiaritatem, communicabilitatem, prouidentiam, præsentiam. Exaltando, prædicando, laudando eius excellentiam in operibus, in beneficijis, in perfectionibus, in Essentiâ, in Personis. Inuitando omnium corda ad vacandum, ad gustandum, ad videndum, ad fruendum, ad inhabitandum, ad viuendum Deo, de Deo, in Deo, propter Deum. &c. Deficiendo etiam & tabescendo atq; sibi pereundo, in Deum autem transmigrando, & sese (secundum voluntatem, voluntatisq; cû Diuina similitudinem ac vnionem, non verò secundum substantiam & entitatem quæ nequit fieri) in eum transformando. Ab hac fruitione Dei existet.

Sexto Imitatio & assimilatio & assumptio morū perfectionumq; Dei in Anima iusta & perfecta, existet autem penè sinè labore connaturaliter & quidem modo perfectissimo pro statu istius vitæ. Si enim Anima Deo fruens modo prædicto in Deum transformatur, quomodo non etiam in moribus eidem assimilatur? Sicut lumini nihil similius, quàm aër illuminatus, nihil igni similius, quàm ferrum aut carbo igne candens, ita Deo nulla anima in proprietatibus moribusq; similior, quàm ea, quæ in Deum transformata fruitione voluntatumque vnione & confermentatione reperitur. Quapropter audeo dicere, seu quod dixi commutare, non tam à fruitione Diuina existit perfecta morū Dei imitatio in Anima, quàm potius ipsa Dei fruitio, est

tio, est ipsissima eaq; perfectissima & consummatissima eiusdem imitatio, & assimilatio, & assimilatio- nis flos, est fructus, est medulla.

His consideratis, tu iam tandem te circumspice & aduerte, quantum sit chaos inter te, & Deum, quantum ad similitudinem & imitationē eius me- rum & perfectionum! Et quidem attentā conuer- sionis tuæ ad Deum antiquitate, medioremq; & auxiliorum Diuinorum abundantia, iam te omni- nò pridem, consummatum esse oportebat in Deū imitatione, possessoremq; domesticum, veteranū in Diuina fruitione. At quia tepor, incitiam, in- curia, inconstantiaq; tua, te ab hac felicitate deiecit, non absq; innumeris & tui profectus, & Dei, toti- usq; cæli & vniuersi huius gloriæ detrimentis. Ex nunc saltem, dum adhuc vita decurrit, antequam penitus excurrat, totum te huic, imitandi Dei, fru- endiq; Deo labori infatigabiliter ac incessabiliter impende, totum te Diuinā, & imitatione, & fru- itione imbue, occupa, fermenta, penetra, omnia vitæ tuæ (quoad fas) momenta, omnia, & singula opera tua, Diuinarum perfectionum & morum si- militudine intinge, perface, informa. Totus hoc age vnicum atq; præcipuum (tale enim reuera hoc est. & est illud Christi vnum necessarium. est illa *Optima pars, quam elegit Maria*) vt totā mentis acie, toto voluntatis libertatisq; pondere, totā cordis affecti- one, semper & vbiq;, totā tui, totiusq; Vniuersi substantiā, atq; Personā, Deum & quæras & habe- as & agnoscas & imiteris & fruaris. Hunc semper & vbiq; oculus purissimæ intentionis intueatur, hunc auris simplicissimæ obedientiæ audiat, hunc gustus deuotissimæ sapientiæ degustet, hunc odoratus profusissimæ charitatis inuestiget, hunc tactus viu- dillimæ resignationis comprehendat, hunc totus tu, vicissim totum possideas, ab eoq; toto, totus possidearis & tu.

Luc. 10. 42.

# Prouisio IX.

*Per debitorum, quibus plurimis obstricti  
sumus plenam exsolutionem.*

**C**onsidera necessitari te quàm maximè ad obsequium Dei, non tantum feruens & perfectum, verum etiam liberaliter supererogatorièque perfectum & feruens, tum aliàs semper, tum præsertim sub extremum vitæ, ex multitudine debitorum, quibus oneratus es, atq; aded oneratissimus, super capillos capitis tui, imò super stellas cæli & arenam maris. Decurre indicem capitum debitorum istorum, & ex eo saltem aliquam noticiam ipsorum colligere numerumq; conijcere poteris, qui indiculus atq; numerus, et si alijs quoq; hominibus tecum est communis, non ideò tamen te minus solum, quàm omnes grauat, neq; minus te ad exoluendum, quàm omnes stimulare debet. Primò igitur quibusdam rebus sumus debitores, naturâ & necessitate innatâ. Ita debitores sumus Deo creatori nostro, & post Deum causis omnibus secundis, tam vniuersalibus quàm particularibus, à quibus & ex quibus, nostrum naturale Esse conflatum est. à quibus vitam & conseruationem vitæ, totiusq; esse nostri habemus, in operando iuuamur &c. Ex hoc ergo capite debemus cælis omnibus, Soli, lunæ, stellis, elementis, & quæ in his, tum parentibus & parentum etiam maioribus. &c. numerata homo si potes, tam creditores tuos istos, quàm debita tua respectu illorum.

Secundò sumus debitores, ex morali quadam obligatione: quomodo debemus post parentes ceteris nostris præsidibus atq; maioribus, magistratibus, præceptoribus, & quocunq; modo curam nostri gerentibus, in nostramq; eruditionem aliquatenus adlaborantibus. Hoc caput debitorum afficit



afficit nos tam in ratione morali naturali, quàm in ratione morali supernaturali: in qua ratione, & Deus, & Christus, & Mater eius, & Sancti Angeli, & omnes Beati & infiniti alij continentur.

Tertiò sumus debitores, etiam inferioribus nostris, quicunq; ad nostram alicuius generis curam pertinuerunt & pertinent.

Quarto sumus debitores, ob Naturæ communionem, eamq; maiorem aut minorem. omnibus autem rebus ob aliquam saltem: ideò, quia creatæ sunt, vel quia sunt aliquid & existunt, immò & quia possibiles sunt.

Quintò sumus debitores eb gratiæ communionem, necnon ob omnis boni Spiritualis confortium, adiunctâ etiam æternâ, quam speramus Beatitude.

Sextò sumus debitores, ratione beneficiorum, obsequiorum & commodorum, quæ ab alijs vel ex alijs percepimus, percipimusq; debemus namque his amorem congruum, beneficia & obsequia commodaq; supplicia, & cuiusq; naturæ & gradui consentanea.

Septimò sumus debitores ratione malorum & molestiarum, quæ ab alijs perpeffi sumus, vel perpeti potuimus: istaq; occasione nulla mala animi & corporis vitauimus, correximus, cognouimus. Hoc nomine etiam ipsi Inferno sumus debitores: quem dum timemus, deuitamus, & vt deuitemus, à peccatis partim cauemus, partim cessamus: penitentiam agimus, & ad meliora proficimus, salutemq; lucratur. Quod ipsum de dæmonibus dici potest, quibus debitores vigilantia, pro salute nostra, inuocationis Diuinæ & Sanctorum opis. Humilitatis, Prudentiæ, & multorum aliorum commodorum sumus.

Octauò sumus debitores, ratione omissionum, incuriarum, negligentiarum, quibus res tractando, eas priuamus, debito ijs commodo, profectu, perfectione,

fectione, ornamento, vsu obsequio. Sic debitores sunt Domini subditis, seruis, famulis. Parentes liberis. Magistratus subiectis, quin & proximi proximis, amici amicis, quos ad virtutem, sanctitatē, prudentiam promouere potuerant, exemplo bono, monito salubri, oratione, solatio, auxilio, consilio, supportatione. Hac etiam ratione ipsismet nobis sumus debitores, ratione similibus bonorū, quibus nos nostrā incuriā, inscitiā, malitiā priuamus, tam quoad bona fortunæ, quàm quoad corporis. quàm quoad animi, & maxime in bonis salutis æternæ quibus eo ipso, quod ea, non curauimus, spoliauimus nos, nec nos tantum, sed etiam Deum, Christum, Ecclesiam triumphantem, militantemq; quibus ex nostro profectu, labore, charitate, virtute, partim gloria, partim ædificatio prouenire potuit. Hinc etiam sumus debitores, tot medijs, auxilijs, occasionibus, circumstantijs, horis, momentis, diebus, annis, locis, exemplis, momentis, inspirationibus, cæterisq; incitamentis ad bonum aut profectum, quibus tamen obsequi negleximus, & frustra fletuere permisimus.

Nonò sumus etiam debitores ratione non impense exolutionis debitorum. vt v. g. cum non restitimus, quod inuito rationabiliter Domino iniuriosè retinebamus. siue illud fuit debita Deo gloria, subiectio, laus, honor, deuotio, gratitudo: siue fuit honor & bonū nomen alicuius proximi, quod iniquè læsimus detrahendo, quocunq; detractionis modo, siue obsequium indebitè denegatum, siue gratitudo, siue res quæpiam alieni iuris.

Decimò sumus debitores ratione dignitatis & potestatis eminentiæq; aliquorum. quomodo post Deum nostrum, sumus debitores Angelis, & vniuersis Sanctis in celo & in terra; item Principibus & Potestatibus. Item Sapientibus & Doctis, item Sacerdotibus, Religiosis & Deo sacris personis. quibus omnibus honorem & reputationem reuerentiamq; debemus.

Vnde-

Vndecimò sumus debitores aliquibus, ratione eorum miserix, abiectionis, afflictionis, insufficiētiæ ad sese iuandos, hoc modo debitores sumus, pauperibus, mendicis, infirmis. Ita etiam debemus, auxilium animabus purgatorij: Item vinc̄tis in carcere, captiuis, peregrinis. Item ignorantibus errantibusq̄; Item etiam bestijs ac iumentis saucijs, sub onere vel in præceps prolapsis.

Duodecimò sumus debitores ratione compositionis & consociationis physiciæ ac moralis. Ita quisq̄; sibi, personæ suæ, vitæ suæ, membris suis, sēsis, potentijs quibus constat, debitor est. Ita etiam sumus debitores Vniuerso Orbi, Humano generi, Christiano populo, Regno, Vrbi, Religioni, Domicilio, Familiæ, Congregationi, consanguinitati, Cætui deniq̄; cuius aliquo modo compartes sumus.

Decimo tertio sumus debitores ratione particularium & cuiq̄; propriarum siue obligationum, siue necessitatum, siue factorum. Sic debemus Deo ratione specialium & nobis solis propriorum beneficiorum. sic & Christo. Pretiosissimæ Parenti. Sanctis Custodibus Patronisue, ob specialia beneficia debemus. Sic quibusdam Dei attributis, fidei Mysterijs, Scripturæ sententijs & exemplis, Sanctorū item factis, quorum nos deuotione singulariū affici & perfici experimur, qui salutis nostræ media sunt. &c.

Decimo quarto sumus debitores quibusdam ratione eorum malitiæ. Ita Dæmonibus, damnatis, peccatoribus, peccatisq̄; debemus, odium, fugam, detestationem, impeditionem, pœnam, pœnæ desiderium, vt iustitia Dei fiat, vt læsus honor Diuinus sarciatut, vt scandala submoueantur, vt celsæ iniuriæ Dei, conculcatioq̄; Sanguinis & Meritorum Christi &c.

Omitto alia debitorum capita: hæc quæ recensita sunt, satis ostendunt immensitatem inanis iudicij.



nemq; debitorum nostrorum: Ad satisfaciendum quibus per omnia, quantis opus sit viribus, dico, diuinis auxilijs, quanto animi conatu, diligentia, quantâ executionis assiduitate & incessabilitate, fateor id explicari à me non posse.

Dico tantum, quoniam debita hæc omnia & singula persolui non possunt omnibus singulisq; creditoribus ad æqualitatem, soluantur saltem secundum voluntatis ( si eius effectus possibilis esset ) promptitudinem, soluantur saltem in eo, qui est omnium Dominus, & in quem velut in centrum omnia debita confluunt, qui est DEUS, cui si soli satis fiat pro omnibus, satis factum erit omnibus, tam obligationibus quam creditoribus. quod tamen dixerim, saluâ iustitiâ, si quæ cui debetur & præstari potest. Interim autem. Primo quidem Deus ametur, æstimetur, appretietur, laudetur, exaltetur, gratiarum actione honoretur, oratione flectatur, super omnia. Amentur in Deo & propter Deum omnia, ametur Deus, pro omnibus & singulis creaturis, præcipuè ratione carentibus: quarum Deus hanc esse instituit conditionem, vt illæ quidem nobis hominibus seruiant per omnia ad vsum omnem, etiam cum sui dispendio & destructione: nos autem illis obligati sumus ad laudandum, amandum, prædicandum, honore & gratijs & obsequijs æternis prosequendum Deum, pro omnibus illis. ita vt illæ quidem suo modo Deo seruiant, seruiendo nobis vsq; ad sui perditionem: nos verò rationali iam modo, seruiamus ipsis, exhibendo seruitium & honorem & amorem laudemq; pro ipsis, nostro & illarum Deo.

Ex dictis tu iam disce, quantum debitum Dei laudis seruientisq; tibi incumbat, ex tot capitibus debitorum, tum ex tot debitis, tum ex tanto numero eorum, quibus debitor es. Et quia iam præterita doleri tantum possunt, corrigi autem non possunt; saltem ergo in præsentem, quod tibi superest tem-

est temporis & vitæ, hoc age & satage, vt omnibus residuis vitæ momentis, totus in laudem & obsequium te effundas, adeò profusè liberaliterq; vt omnibus obligationibus, pro omnibus creaturis apud Deum te exsoluas ac liberares. Toto mundo, & pro toto mundo, Deum laudando, amando, & firmando, honorando, & omnes eius voluntates faciendo, sicq; semper ad finem vitæ perseuerando.

## Prouisio X.

*Per adæquationem Bonorum, potissimum verò Gratiarum, quibus respondere adæquate obligamur.*

**C**onsidera Bonorum quæ à Deo accepisti copiâ, compelli te, & omninò necessitari ad insignem tum sanctitatem ac perfectionem, tum sanctitatis perfectionisq; zelum, studium, cupiditatem. quâ in re vt magnitudinem obligationis tuæ cognoscas, debes immensitatem bonorum cognoscere. quæ tanta est, vt abs te nullo modo naturali ingenio dinumerari possit. Neq; solum immensitatem quoad numerum & multitudinem, sed etiam quoad varietatem, excellentiam, efficacitatem, quantum ex illis est, eratq; intensiorem atq; perfectionem cognoscere te oportet. quæ etiam sub naturalem tuam cognitionem non cadunt aut vix cadunt, neq; tamen ob hoc, tibi obligationem non augent, neq; non etiam tuam ignauiam ingratitude uè non accusant. neq; deniq; non te tuamq; industriam, ad insigniter in studio perfectionis coram Deo, & propter Deum, conandum & laborandū excitant.

Considera classes Bonorum Diuinorum in te, & ijs inspectis, tum numerum tum magnitudinem, tum varietatem eorum, tum demum obligationem tuam aliquantisper dispice. Data sunt igitur tibi  
DEO.

1. Bona Naturalia & Supernaturalia.
2. Bona Animæ, Animi, Corporis, Fortunæ.
3. Bona Honeſta. Iucunda. Vtilis.
4. Bona Naturæ. Gratiæ Actualis, habitualisq; Gloriæ.
5. Bona communia cum omnibus, cum multis, cum paucis, propria tibi ſoli.
6. Bona Effentiæ ſeu Subſtantiæ, Potentiæ arum, Operationum.
7. Bona data tibi, ſine te.
8. Bona data tibi tecum, ſeu cooperante te.
9. Bona data tibi propter alios.
10. Bona data tibi per alios.
11. Bona data tibi ſupra alios.
12. Bona data alijs, propter te.
13. Bona data alijs, per te.
14. Bona præterita, præſentia, futura, æterna, temporalia.

Jneas bonorum iſtorum numerum, pretium, Varietatem, efficaciam, ſi potes, & inde metire vim obligationis tuæ. Neq; enim dubitare potes his & pro his omnibus debitorem te conſtitutum eſſe Donatorum Deo, debitorem autem obſequij, laudis, honoris, Amoris, non qualiscunq; ſed eximij, ſed ſummi, ſed ſimpliciter iuxta poſſibilitatem tuam omnis. Ad magis claram diſtinctamq; cognitionem & penetrationem huius tuæ obligationis ad perfectiſſimum Dei ſamulatum ex bonis eius in te collatis pullulantem.

Conſidera vnus tantum generis bona Diuina tibi data bona inquam mediorum atq; auxiliorū, ſeu gratiarum tam habitualium, quam (& potiſſimum) actualium in ordine ad ſalutem; perfectionemq; curandā, vitamq; æternam conſequendam. In quo ipſo bonorum Dei genere, nolo te omnia, quæ inſunt conſiderare, ſed ſolum conſidera hoc unum. Teſtatur Dominus noſter IESUS Chriſtus,



41  
tus, quod si ille suæ prædicationis gratiam Iudæis  
tunc à se impensam, impendisset Tirijs, Sydonijs,  
Sodomæ eiusq; socijsbus ciuitatibus, illæ in cinere  
& cilicio pœnitentiam de peccatis egissent, Chri-  
stumq; & Deum ac eius fidem & legem agnouisset.  
Hoc posito, sequitur Iudæis tunc à Christo tantam  
gratiam, tantaq; media ad salutem fuisse collata,  
quanta non tantum sufficientia, sed etiam effica-  
cia fuissent ad conuersionem tot aliarum gentium.  
Sequitur ampliùs ex dictis. posse, quin & solere  
Deum vni alicui personæ sanctæ, non sanctæ nihil  
refert, loquamur tamen nunc de sancta & iusta posse,  
& re ipsa illi Deum dare vni soli, tot ad salutem  
media, tot gratias, quæ si Deo placuisset, poterant  
plurimis personis dari, & datæ, in eis habuissent ef-  
ficaciam tantam, quantam in vna illa persona ha-  
bere & potuerunt & debuerunt, & nihilominus,  
quod vt plurimum fit, non habuerunt. Vti videmus  
in Mnis Euangelicis, quarum vna spud vnum ser-  
uum deposita, acquisiuit decem mnas, alia apud al-  
lium acquisiuit solum quinq; mnas, tertia apud ter-  
tium nihil acquisiuit: non vitio quidem suo, sed  
eius qui acceperat ignauia. I am nunc te ad te ipsum  
ò homo conuerte. Es Religiosus, talis religionis,  
quod cum dico, dico te accepisse gratias & media  
salutis atq; perfectionis, tot, & tanta, quot & quan-  
ta in centum in mille & amplius etiam homines di-  
uisa si à Deo fuissent, multoq; magis si integra datæ  
essent; omnes illi centum & mille & plures homi-  
nes seruiissent & seruiret hodie Deo, tam perfectè  
sicut tu. immò longè & longè perfectiùs, exactiùs,  
ad suum statum plenius, quam tu & seruiisti & ser-  
uis hæcenus. Ex quo conuincò (utinam me ipsū)  
te vnum solum Religiosum, attentis gratijs medi-  
isq; tibi à Deo datis, factum esse per eas, & propter  
eas, Deo tuo debitorem tantæ sanctitatis & perfe-  
ctionis in Dei obsequio, quæ æquivalent centum &  
mille & pluribus perfectionibus sanctitatibusque.

Cum autem conscientia teste non adæquaueris vel unicam sanctitatem, non inquam efficaciam gratiarum medioremq; tibi collatorum, effectu vnus condignæ sanctitatis & perfectionis. inde cognosce, quantus tu sis debitor apud Deum, ob gratias tibi ad salutem perfectionemq; concessas constitutus? Inde etiam cognosce, quantus debitor sis coram eodem Domino ob alia & alia innumera beneficia tibi collata. Equidem si bonum sanitatis oculorum quo tu polles, pluribus cæcis conferretur à Deo, si essent huius beneficii longè quàm tu gratiores. Tantæ ergo tu gratitudinis Deo debitor es ob sanitatem visus, quantæ plures, imò omnes cæci essent exhibitores, si visum reciperent. Quod autem supra exemplificaui in Religiosæ vocationis gratijs & medijs: fateor me amplum nimis adduxisse gratiarum exemplum. Nam idem omninò asseri potest debetq; etiam, de vnica quapiam gratiâ Dei, de vnico instinctu ad bonum, de vnico lumine ac dictamine salutari, quo vnus aliquis iustus donatur (& donatur sæpissimè alijs, alijsq; etiam in diem, etiam in horam) quod si datum esset alicui alteri, vel etiam pluribus, plurimisq; alijs; ij omnes vsi lumine fuissent meliùs, & in maiorem suum profectum, inq; maius Dei obsequium, quàm is, cui de facto tale quid est à Deo collatum. Vnde patet quantopere aggregetur debitum talis Homini coram Deo? patet quantæ sis reus sanctitatis, quia illam non præstitit, patet quantæ debitor fuerit vt præstaret? patet insuper quantæ debitor sit, vt adhuc præstet?

Ex his autem luculenter constat, quid hac in parte faciendum sit illi, qui per tot annorum vitæ suæ decades, tantis gratijs Dei abundauit, & eis nõ utiq; satis respondit hæctenus. Hoc utiq; restat, vt inuocato Dei adiutorio, totum se ad hoc conuertat, simulq; aliquam rationem ineat, hoc est, talem ad acquisitionem perfectionis in Dei obsequio conatum

natum assumat & adhibeat, per hoc, quod adhuc  
 residuum habet vitæ ac temporis, vt & præterita-  
 rum & præsentium gratiarum beneficentiarumq̃;  
 Dei, vastitatem capacitatemq̃; exæquet. Quod  
 quidem etfi forsitan re ipsa minus præstabit, non  
 parum tamen coram bono Domino suo faciet, si  
 totum, quod in se est, exclusâ omni negligentia &  
 cessatione, adhibito omni quo præualet conatu &  
 instantia faciet. Sed ad hoc ipsum præstandum, e-  
 zuere omnem præteritum inconfideratiùs, & negli-  
 gentiùs, inordinatiùsq̃; viuendi modum, induere  
 autem & exerere ordinatum, accuratum, præme-  
 ditatum, sollicitum & fatigari cessareq̃; nescium  
 oportet. Estimulante ad id semper semperq̃ue,  
 tum breuitate remanentis adhuc ad laboran-  
 dum vitæ, tum obligationis & debito-  
 rû iam explicatâ immani & im-  
 mensâ mole atq̃; magnitu-  
 dine.

## Prouisio XI.

*Per profusam Charitatem ac Misa-  
 rationem super proximos, pecca-  
 tores, iustos & in Purgatorio exi-  
 stentes.*

**C**ONsidera inter innumera charitatis Proximî  
 bona atq̃; officia, hoc etiam esse, quod sit com-  
 pendiosissima, fructuosissima, facillima & inexcus-  
 sabiliter irrefragabiliterq̃; & omninò necessaria ra-  
 tio, nostrarum omnium siue cum Deo transactio-  
 num, siue in via virtutis perfectionisq̃; promotio-  
 num. Vsq̃; aded, vt Deus videatur magis & appe-  
 tere & exigere & æstimare & remunerari charita-  
 tem nostram erga proximos, quàm erga ipsam se  
 Nihil



- 4  
*Rom. 13. 8.* Nihil attinet istud hoc loco fufius probare. Satis indicant hoc, illa Apostoli verba. *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Et illa *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Et illa *Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis* (quasi diceret superimplebitis) *legem Christi.* Neq; aliud dixit Dominus ipse noster, quando proximi dilectionem vocauit *mandatum suum. Mandatum nouum.* vnicum discipulatus sui signum. His ad acuendam famem desideriumq; charitatis proximi adductis & consideratis.
- 1. Petr. 4. 8°*  
*Rom. 13. 8.*  
*Gal: 6. 2.*  
*Ioan: 15. 12.*

Confidera classes proximorum ad quos charitas Christiana extendi debeat quàm maximè. Sunt autem tres. Vna peccatorum seu in statu peccati degentium, siue fidelium siue etiam infidelium, quorum eunq; : Horum cum sit extremè deplorandus status, quippe qui quantum ex ipsis sunt victimæ atq; holocausta æternæ damnationis, in omni sincerè Deum & proximum diligente homine, maximus debet esse Amor, & quoad fieri potest efficacissimus atq; laboriosissimus, vt ab infelicis peccatorum suorum emancipentur Tyrannide. Ad quod præstandum, cum innumera possint, quin & sæpè propter statuum nostrorum obligationem seu conditionem, debeant esse industria. quibus hic exponendis locus non est, & peti possunt satis ex cuiusq; conditione viuendi : vniuersalem hanc industriam afferre sufficiat, conandum esse vnicuiq; in dilectione proximorum, statui peccati implicitorum, excellere volenti, vt omnem vitam suam cum omnibus actionibus & passionibus suis, offerat Deo in auxilium spirituale & efficax huiusmodi proximorum, secundum Diuinum beneplacitum; ita vt omnis actio, omnisq; passio, ex intentione applicationeq; liberæ voluntatis nostræ, fiat ante Deum (propter Deum, vnitim ad **JESU CHRISTI** merita) & oratio atq; postulatio, & sacrificium & exolu.

exsolutio & vadimonium pro peccatoribus, proq̄;  
 ipforum peccatis omnibus & singulis. Inuoluendo  
 in hanc intentionem atq̄; applicationem, non suas  
 tantum modo proprias personalesq̄; actiones &  
 perpeffiones, sed etiam totius vniuersi, creatura-  
 rumq̄; omnium & singularum, omnes pariter &  
 singulas actiones atq̄; mutationes sibi appropriatas  
 modo inferiùs explicando. Quo fiet, quantum  
 quidem ex charitate nostra eiusdemq̄; intentione  
 ac extensione, vt tam nos, quàm omnes creaturæ  
 reliquæ, exundent charitate supra peccatores, &  
 faciant vultu vniuersalem perpetuumq̄; plañctum  
 super eos coram Deo, protegantq̄; illos ab ira Di-  
 uina ipsis debita & parata, & postulent eis à Bono  
 Deo, gratias congruas, oportunas efficaces ac eti-  
 am finales ad pœnitentiam condignam requisitas,  
 iuxta Diuinum placitum. Quod Diuino cordi, im-  
 pensissimè salutem & conuersionem fructusq̄; pœ-  
 nitentiæ dignos semper desideranti atq̄; expectan-  
 ti, auxiliaq̄; ad id pronissimo affectu offerenti, non  
 potest non esse gratissimum: totiq̄; curiæ cœlesti,  
 ac imprimis Domino nostro IESU Christo, pec-  
 catorum omnium sumptuosissimo Redemptori,  
 eiusdemq̄; Pretiosissimæ Parenti, peccatorum vni-  
 co refugio, iucundissimum & exoptatissimum ac-  
 ceptissimumq̄;: ac demum vniciq̄; taliter apud  
 Deum pro peccatoribus peccatisq̄; satagenti, corā  
 Deo fructuosissimum, & tam in hac, quàm in alte-  
 ra vita maximè meritorium: priorumq̄; pecca-  
 torum omnium (quæ etiam istius modi pro alijs  
 peccatoribus eorumq̄; peccatis charitatiuæ appli-  
 cationi adiungere fas, imò opus erit) expurgatio-  
 ni efficacissimum. Quandoquidem charitas ope-  
 rit multitudinem peccatorum.

Altera proximorum classis in quos se nostra cha-  
 ritas extendere debet. Est iustorum omnium via-  
 torum, Incipientium, Proficientium, Perfectorū;  
 Quorum omnium cūm status sit Deo gratissimus,  
 & in

1. Petr. 4. 8.

& in eorum vnoquoq; Sanguis Christi fructum suum desiderabilem habeat: quisquis pro suo posse adlaborauerit, vt hi omnes proximi in suo quisq; statu ad meliora & perfectiora proficiant, proficiendiq; studio & conatu, semper amplius & amplius vigeant, ad idq; auxilijs Diuinis quàm copiosissimis cumulentur, iisdem illi promptissimè & efficacissimè obediendo, ad ampliora Dei & auxilia & dona, & præmia inualescant, inq; bono & optimo ac Deo gratissimo statu permaneant: quisquis inquam in hoc pro suæ charitatis posse adlaborauerit, is vtiq; pergratam Deo & Christo & vniuerso celo rem præstabit. is de omnibus iustis, quàm optimè merebitur. is in suam propriam perfectionem (nempe charitatem) optimum se diligentissimumq; exhibebit. is deniq; innumeris semetipsam Gratia, quàm Gloriæ meritis locupletabit: si quidem indubitatè, *particeps omnium timentium Deum, & custodientium mandata eius erit.* Ad hoc autem præstandum, illa eadem industria, quæ nuper est, cum de charitate super proximos peccatores ageretur, explicata, percommode subseruiet, si nimirum quis charitatem suam ad omnes similiter iustos extenderit, eorumq; & iustitiæ seu gratiæ statum, & omnes singulasq; quibus Deo ipsi iusti placent actiones, passionēs & virtutes, amaauerit vt Dei dona, Deo placita, ex Christi meritis desumpta, ijsq; ornata & vegetata, eademq; durare, proficere, augeri, perseverare, consummari coronariq; omni æterno præmio desiderauerit, petierit, gratulatus fuerit, & omni charitatis suæ industriâ, intensione, extensione, intentione seu applicatione iuxta Dei placitum, necnon vnitim ad Christi merita elaborauerit. impendendo in eum effectum atq; finem, omnes & singulas suas tam personales, quàm ex omnibus reliquis existentibus & possibilibus creaturis, in se deriuatas appropriatasq; sibi actiones & passionēs.

*Psalm. 118. 63.*

*Tertia*



Tertia classis proximorum super quos charitas nostra sese profundere atq; extendere debet. Est Animarum in Purgatorio degentium & inibi iustas Diuinæ iustitiæ rigori pœnas dependentium. Imperfecta esset atq; plurimum manca charitas nostra: si in hac solum vita perdurans, ad proximorum illorum in purgatorij pœnis habitantium auxilium solariumq; sese non desponderet; neq; extenderet. Quomodo stare illud charitati datum ab Apostolo elogium. *Charitas nunquam excidit?* I. Cor: 13. 3.

Quomodo charitas vitæ continuato tractu in charitatem Patriæ transire solet aut posset, si se vsq; ad indigentiam proximorum in altera vita, quasi in intermedio ad Patriam cursu non porrigeret? Itane proximi illi, desinerent esse proximi nostri: extorres ab auxilio, cura, dilectione nostra? Et quomodo charitas nostra pertingeret ad Deum, quæ proximos illos nostros in medio itineris cursusq; nostri positos, ad Deum, vel non posset, vel non vellet attingere, aut amplecti? quomodo charitas nostra Deum diligeret, seu quod idem est, ac optime DEO eiusq; Gloriæ vellet, quæ creaturas illas in purgatorio detentas, & à Dei conspectu frutioneq; hoc est à Supremo, vltimato, Deiq; gloriæ gratissimo, laudandi & exaltandi & diligendi genere ac modo impeditas, ab hoc ipso impedimento expedire non posset, aut si posset, tamen pro posse non curaret? Absit hoc à charitatis indole: nunquam illa excidere, nunquam cessare, nunquam interrumpi amat. Eius vestis tanta est semper, vt omnem latitudinem, altitudinem, sublimitatem, profunditatem, multitudinem, durationem comprehendat, quin & excedat, si quid esset, quo procedere fasilli esset; Extendat ergo sese ad illos quoq; miserimos, inq; miserijs desolatissimos, soli rigorosæ iustitiæ Diuinæ derelictos proximis nostris. quibus ea sola portio Diuinæ miserationis est residua, quod nostræ charitatis suffra-

gijs adiuuari, calamitatibusq; purgantibus eripi, ac celo inferi possint. Quod quantâ charitatis nostræ liberalitate præstari possit, subiectum parâdigma docebit quod tamen viribus voluntatis charitatisq; suæ accommodare & attemperare cuilibet licebit. Igitur anima quæpiam, poterit se tributariam facere animabus purgatorij propter Deum, & Deo vicissim propter animas, huiusce modi tributo.

Dignissima Trinitas vnus Deus meus: puro Tuâ Amore, vt Tu exalteris quantum per me potes, debes, scis, & vis & das, quantum etiam ex Te dignus es; vt Iesu Christo merita sua compensentur: vt Pretiosissima Parens Maria, & Tota quater sancta quaternitas exhilaretur: vt Animabus Tibi dilectis, sed nec dum purgatis Tuosq; Beato conspectu nec dum dignis, bene sit: vt earum Sancti Angeli Custodes, cæteri; Patroni Sancti fructu curarum suarum, citò & finaliter gaudeant.

Ego N. totius residuæ mortalis vitæ meæ operationibus atq; passionibus quibuscunq; Animas illas iuuare cupiens & statuens; omnes & singulas actiones & passionis meas vsq; ad mortem, ipsumque etiam mortis opus Tuæ Diuinæ Maiestati offero, applico & dono, & voueo in omni earum applicabilitate, quâ pro illis applicari illisq; prodesse possunt. Exceptis solum ijs, quæ quia alijs ob alienam potestatem debeo, non est mei arbitrij Animabus illis donare: quam tamen ipsam exceptionem pro iisdem in auxilium offero, secundum gustum tuum Domine Deus meus. Nullum omninò fructum omnium operationum perpassionumq; mearum mihi reseruans, quicumq; aliquo modo Animabus prodesse possit coram Te.

2. Præter hoc Domine eodem affectu & voto, promitto ac permitto tibi, illa omnia quæcunq; post meam mortem pro me quomodocunq; futura sunt suffragia in subsidium animæ meæ [quantum hoc à

hoc à me fieri, congruè tuæ voluntati potest ] pro  
 iisdem Animabus Purgatorij, iuxta gustum tuum.

3. Insuper & hoc, quod ego ipse post meam mor-  
 tem, miserante Te, iustè passurus sum in Purgato-  
 rio, totum propter Te, nunc acceptans, & quoad  
 licet mihi meritorium satisfactoriumue faciens,  
 quantum possum, & quatenus prodesse Animabus  
 Purgatorij hoc etiam nunc potest, aut tunc forsàn  
 poterit, iisdem Animabus, iam nunc dono atque  
 applico.

4. Insuper offero Tibi Deo meo, omnes totius Ec-  
 clesie tuæ sanctæ, omniumq; Tibi gratiarum satis-  
 factiones, quin etiam omnes omnium creatura-  
 rum actiones atq; passiones, mihi quoquo modo  
 nunc iam appropriatas, & communicatas, & Ani-  
 mabus iuxta Sapienciam tuam prodesse idoneas, &  
 nunc iam per me ad hoc applicatas. Meas item sa-  
 tisfactiones, nec non creaturarum omnium muta-  
 tiones, toti Sanctæ Ecclesie ab eius origine, ad vsq;  
 mundi finem duraturæ imperfonatas: vniendo o-  
 mnes tam has quàm illas quascunq; Domini nostri  
 Iesu Christi omniumq; Electorum meritis, iuxta  
 gustum Tuum, Animarumq; illarū indigentiam.

5. Insuper Domine Tibi offero, promitto, per-  
 mittoq; in subsidium Animarum Purgatorij, totum  
 quodcunq; satisfactoriè offertur, & fit, & fiet vn-  
 quam à quocunq; & vbi cunq; siue in vniuersa Ec-  
 clesia, siue in tota nostra Societate, siue à quacun-  
 que confraternitate, cui ego participo, siue à qua-  
 cunq; particulari persona, siue in quacunq; alia  
 Tibi Domino Deo meo nota placitaq; circumstan-  
 tia pro me viuente vniendo totum hoc, quantum  
 ex me Sanguini meritisq; IESV Christi omniumq;  
 Electorum Tuorum, iuxta gustum & ad gustum  
 placitumq; tuum, & Honorem omni Maximo Ma-  
 iorem.

6. Insuper Domine offero Tibi in Animarum  
 Purgatorij subsidium, totum hoc, quod ego tam in



Vita mea presenti, quam post mortem meam, siue in ipso me, siue in quocunq; mei, sciens, nesciens, volens, nolens; iam tamen ex nunc pro tunc totaliter volens ac libens, siue in anima & bonis eius, siue in corpore, siue in fama, commendatione, memoriae meae, siue deniq; in quacunq; alia re, concernente & attingente me perpeffurus sum, vsq; ad extremi iudicij diem. Vniendo iam nunc omnem illam perpeffionem meritis & passionibus Domini nostri IESU Christi, ad fructum animarum illarum ampliozem, ad Tuam vero gloriam omni Maxima Maiorem.

7. Insuper Domine, omnem si quem apud Te ex dono Tuo & ex Christi merito pauperculus ego habeo satisfactionum Theaurum: Tibi totaliter offero, atq; permitto, vt eum dispenses in Animas Purgatorij, vsq; ad exinanitionem & denudationem meam, quoad omnes satisfactiones meas, meritis, satisfactionibusq; Domini mei IESU CHRISTI vnitas; Solas mihi satisfactiones, solaq; Domini mei IESU Christi merita reseruando, sine quibus Tibi gratus esse salutemq; aeternam consequi, neq; valeo, neq; volo, quaeque adeo infinitae efficacitatis sunt, vt earum virtus & valor, nullis ad alios applicationibus, ab ipsis applicantibus, (modo aliunde etiam capaces sint) auocari possint. Reseruans etiam mihi satisfactiones & intercessionem omnium Electorum Dei, tanquam fratrum meorum, specialissimam autem Preciosissimae Parentis ac Virginis Mariae, tanquam Haereditatis meae.

Haec porro omnia superius insinuata, & a me, Tuus, Deus meus Maieitati in suffragium Animarum Purgatorij oblata: oblata esse volo, absq; villo meo (quatenus meo) praemio; mihi inde apud Te securo, sed in Animas eandem satisfactorie redundaturo. Praemij loco, illud solum cupiens a Te, vt Tu in Tuis, & a Tuis creaturis amplius & amplius glorificeris: vt quam plurimis Ecclesiae Tuae filijs, gratiam

51  
viam & spiritum, efficaciter tenerum, compaffum,  
studiosum, liberalem, constantē, erga animas pur-  
gatorij iuandas, vnā mecum largiaris: vtq; per  
meam hanc, quam ex dono tuo concepi voluntatē,  
& depauperationem, Tuā quidem gloriā, animā-  
rum Beatitudini, aliquid, siue plenitudinis, siue sal-  
tem accelerationis accrescat.

Id ita totum Tuā Diuinā voluntati, charitati,  
Maieftati ac Dignitati voueo, promitto, iuro, &  
dono, Sanguinisq; Iesu Christi Domini nostri, ōni-  
umq; Electorum meritis, configno. Nunquam vt  
fciēter p̄cedenterq; ac deliberatē, quantum ad  
me, fim retractaturus, neq; in toto, neq; in parte,  
vſq; ad Mortem. Ad quā vſq; eſſe volo, & ero ſer-  
uus, op̄erarius, mancipium, Tuum propter Ani-  
mas illas, Animarum verō propter Te.

Tibi Deo meo omnis & ſemper maior Gloria in  
ſæcula ſæculorum. Et Fidelium Animā per miſe-  
ricordiam Tuam, requieſcant in pace. Amen. Am.

Et hæc de profuſione charitatis & miſerationis  
ſuper proximos, deq; Prouiſione per eam dixiſſe,  
ſufficiat. quod ad omnes quidem fideles ſpectat,  
præcipuē tamen incumbit ijs, quorum vita in pro-  
ximo finem habet: his enim quā maximē ipſa  
breuitas vitæ reſidua incumbere facit, illud moni-  
tum Apoſtoli. *Animas veſtras caſtificantes in O-*

*ſ. Petr. i. 22.*

*bedientia charitatis, in fraternitatis amore,  
ſimplici ex corde inuicem diligite  
attentiſſ.*



PRO.

# PROVISIONVM SENECTVTIS

## Pars Secunda.

**A**dductis aliquibus prouisionibus Senectutis speculatiuis, et si nihilominus exhortatiuis ad feruens instansq; studium perfectionis in obsequio Diuino. in hac altera parte Prouisiones practicas tradere aggredimur. Praxes nempe, quibus præteritæ vitæ omnia delicta, quantum ad penas eorum omnes, præsertim verò spirituales expiari, errata corrigi, neglecta suppleri, copiosa lucra cumulari possint, adiuuante Diuinâ gratiâ, in cuius conspectu faciliè est ditare pauperem, & dare virtutem, vt quis in breui, expleat tempora multa.

### Prouisio I.

*Ad omnium peccatorum penarumque expiationem.*

**Q**uoniam nemo mundus à sorde: ne quidem infans, cuius vita est vnus diei super terram: quoniam irem in multis offendimus omnes: quoniam etiam iustus septies in die cadit: quoniam delicta nemo intelligit, & ab occultis suis, nec non ab alienis sibi adherentibus mundari petit Sanctus nec non ignorantias suas obliuioni tradi: quoniam de propiti-

*fac. 3. 2.*  
*Prou. 24. 16.*  
*Psal: 18. 13.*  
*Psal: 24. 7.*

*atio pecc-*



*asie peccato, prohibet nos Sapiens sine metu esse.*  
 quoniam nemo scit, *virum odio an amore dignus sit:* Eccli. 5. 5.  
 imò quoniam nemo non scit, quòd non amore sed *Eccli. 9. 1.*  
*odio dignus sit:* quoniam menturam suppliciorum  
 peccato cuiq; debitorum assignare solus Deus, &  
 alius nemo potest, constat verò, tum Sacræ Scriptu-  
 ræ, tum probatæ fidei exemplis, longè aliter, id est,  
 longè magis peccata nostra in Diuino iudicio exa-  
 minari & grauiora censi, quàm à nobis. quoni-  
 am de cursu ordinario scire nemo nostrum potest,  
 an condignam & plenam satisfactionem pro ali-  
 quibus saltem ( quid dicam de omnibus ) peccatis  
 suis Deo fecerit. indeq; rationabiliter præsumere  
 quisq; potest, attento rigore diuini Examinis, mol-  
 litie nostra in pœnitendo, viuacitate affectionis in  
 peccando, crebritate relabendi in eadem & habi-  
 tuatione, scandalis præbitis etiam ignoranter alijs  
 mala nostra imitantibus, alijsq; similibus nobis oc-  
 cultis, sed nos grauantibus circumstantijs, apud  
 Deum autem penderari solitis. potest dico quisq;  
 præsumere ingentem sibi adhuc coram Deo iudice  
 superesse pœnarum exsoluendarum congeriem,  
 quàm necesse sit, vel in hac vita voluntarijs, vel in  
 altera Purgatorijs pœnis aboleri: sit verò rationa-  
 bilius hic potiùs satisfacere, quàm sese in purgato-  
 rio Diuinæ Iustitiæ manibus, in quas *incidere hor-*  
*rendum est, expiandum reseruare.*

Hebr.

Planè sequitur, vt quisquis sapit, quòd fidelem  
 sapere decet, decet autem ita sapere maximè vete-  
 ranum in scientia Spiritus obsequioq; Dei, eundè-  
 que simul iam vitæ modicum tempus habentem,  
 sequitur inquam, vt quisquis talis est, dum tempus  
 habet consulat sibi, rationes expungendorum debi-  
 totum secum ineat, easq; seruet exactè, & assidue  
 exerceat, donec cum Diuina gratia & omnes præ-  
 teritas planè expungat, & nouas in præsentem, quàm  
 minimas paucissimasq; contrahat, contraſtas quo-  
 tidianis pœnitendi & expiandi praxibus aboleat,

detq; operam vt quoad potest fieri cum Deo sine  
omni tam culpæ, quàm pœnæ obligatione vt pluri-  
mum viuat. Cuius rei hæc praxes sint.

Prima assuescere vitæ Ordinatæ per omnia quo-  
ad fieri fas erit, vt nullus fiat à me actus elicitus, im-  
peratus, internus, externus sensus rationis, huma-  
nus, & si fieri potest etiam hominis, qui non sit ex  
ordine & præuisione, ex fide & ratione, ex intenti-  
one pura & sublîmi, intensè, attentè, deuotè, ap-  
plicatè, iuxta suas regulas & circumstantias perfe-  
ctus. Sic fiet, vt raro, rarissimèq; peccetur, leui-  
ter, cum celeri aduertentia & retractatione atq; ex-  
piatione & emendatione facili expeditaq;.

Secunda. Examinum frequentia, super omnia,  
quotidiana & non quotidiana opera facta aut faci-  
enda: Notus est Sancti Patris nostri mos, in horas  
singulas sese recolligendi actionesq; inspiciendi.  
Estq; hæc cura commodissima ad euitanda expian-  
daq; simul delicta.

Tertia. Habere & seruare præscriptas praxes  
consuetudinesq;, quibus quotidie, quouis hebdo-  
mada, quouis mense, quouis anno, omnia & singu-  
la totius vitæ peccata ex intentione propositoque  
expiantur.

Quarta. Omnibus & singulis operibus quæ quã-  
docunq; aguntur, itemq; passionibus quæ incidunt:  
incidunt autem, cum omnis actio habeat respon-  
dentem passionem, adiungere intentionem satis-  
factionis, seu applicationem ad satisfaciendum,  
quoniam hominis in gratia positi omne opus satis-  
factorium est, si præsertim applicetur, & maximè  
in personis religiosis, quarum status pœnitentiæ cū  
sit, omnis earum actio & passio, erit ex vi status sa-  
tisfactoria.

Quinta. Actus charitatis Diuinæ, contritionis  
item. Condonationis iniuriarum sinceræ, orandi  
etiam pro inimicis eisq; benefaciendi. Misericor-  
diæ in pauperes corporales vel spirituales. Resigna-  
tionis



gionis in omnem Dei voluntatem. Abstinendi ab aliorum censuris, iudicijs, damnationibus. item Abstinendi à vindicatione sui, eam etiam apud Deum deprecando. Hi inquam actus tales, testimonio Scripturæ expiant pœnas peccatorum: si ergo crebrò accurate, feruenterq; fiant, inducent immunitatem à multis, aut etiam ab omnibus pœnis.

Sexta. Zelus Animarum tam in hac vita existētium, quàm in purgatorio patientium. qui quanto est insatiabilior, quantoq; liberalior, tanto ad hominem à pœnis propriorum peccatorum eximendum efficacior. *Si eduxeris pretiosum è vili, quasi os meum eris* ait Dominus. Et iterum. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* *Ierem. Psal.*

Septima. Vita religiosa, quæ religiosè ducitur, cum obseruatione omnium exacta, iuxta vitam communem debitam spiritu & deuotione religiosa, nec relinquit spatium peccandi, & ex substantia naturaq; sua abolet peccata per modum pœnitentiæ & quidem grauis atq; diuturnæ. Quod si ingressus Religionis primus aut votorum nuncupatio, sunt homini vice Baptismi. cur non etiam, imò & magis, eiusdem vitæ executio quotidiana, diuturna, assidua, pari primæ deuotione & liberalitate animi in Deum facta t.

Octaua. creber vsus idemq; deuotus & diligens Sacrificiorum Sacramentorumque Eucharistiæ & Pœnitentiæ idq; saltem spiritualiter (qui creberrimè exerceri potest) per actus.

Nona. Vfus Indulgentiarum familiaris, deuotus, diligens: quarum indiculum & praxim, seu applicationem ad operationes nostras faciendam expedit habere.

Decima. Feruens, deuota, crebra cogitatio Passionis Domini nostri, itemq; Dolorum Matris eius compassæ ipsi, cum studio experiendi dolores amborum in ipsis nobis. tam in animo & corde,



quàm etiam in corpore. iungendo etiam opera nostra, sanguini, dolori, meritiq; Christi. Itemq; in balneo sanguinis & meritorum eiusdem, nostram præteritam vitam & opera vitæ, balneando, lauando, expurgando: nec præteritam solum, sed & præsentem, omnemq; absolute vitam nostram & opera eiusdem. quæ fuit praxis sancti Francisci Minorum Patriarchæ.

Vndecima. Vfus mortificationum tam cordis quàm corporis, adiunctarum meritis & passioni Christi & Matris eius & Sanctorum, præsertim cum præuio examine instar iudicij Diuini. & censoriæ severitatis. Mortificationis item instar Extremæ vntionis, qua omnes potentia sensusq; in specie affligantur & expiuntur peccata ijs commissa.

Duodecima. Conferet plurimum ad propositum effectum expiandi omnia & singula peccata à pœnis debitis, singulis diebus, vel alias statis temporibus, indicere vniuersalem planctum pœnitentiæ toti tibi. Personæ scilicet & substantiæ tuæ. Corpori & Animæ. parentijs & viribus, membris & partibus, particulis atq; atomis, functionibus & capacitatibus, circumstantijs & deniq; possibilitatibus tuis, vt omnibus his singulisq; elicias exersq; intentione tuâ, planctum vt dixi & luctum vniuersalem, contritionem, confusionem, confessionem, detestationem, odium, execrationem, retrastationem, erubescenciam, tædium, propositum, emendationem. Ita vt nulla particula tua non laboret conferatq; de suo totum in expiationem abolitionemq; peccatorum, in postulationem & emendicationem veniæ totalis, in voluntatem, propositum desideriumq; emendationis, emundationisq; quàm plenissimæ coram Deo. Totus peccasti, dignum est vt totus de peccatis doleas & lugeas. Dole ergò ex intima apprehensione, simulq; nunc prosemper appretiatione & æstimatione ac dilectione actuali, læsæ à te Dignitatis, Maiestatis, Bonitatis, Benigni-

Benignitatis. Charitatis Diuinæ. Etiam dole ex profunda penetratione abiectionis, indignitatis, malitiositatis ingratitude tuæ, qui læstisti & contempnisti & odio habuisti tantum Deum & tam in te, inq; omnia, & in se bonum. Dole autem eâ ferietate ac plenitudine, deuotæ & amantis amaritudinis, qua dolores, si intuitiue (seclusa beatitudine) intuereris. Deum in omni Maiestate Amabilitate, Bonitate, Charitate suâ quâ doluit Christus, tum aliàs, tum in horto sanguinem sudans, tum in cruce agonizans, quâ doleres in articulo mortis iudicijq; extremi, particularis ac vniuersalis Dole digne Deo, adæquatè tuis peccatis tuæq; vilitati, dole, tota omni possibili proportione feruoris dolendi & amandi, dole toto Te.

Decima-tertia. Ad hoc etiam propositum confiteri, quoties Sacramentaliter confiteris, ita confiteri, vt in animo intentoq; habeas omnium totius vitæ peccatorum odium & dolorem, item retractationem, & emendationis propositum desideriumq; saltem conditionatum. si possunt scilicet, præterita, & in quantum possunt retractari. item confiteri quantum sat videbitur omnia quocq; totius prægressæ vitæ peccata, per quæ quomodocunq; Sanctissimæ Trinitati displicuisti: tum etiam peracta confessione satisfactionem facere, intuitu omnium totius vitæ peccatorum expiandorum. vt hac ratione omnis particularis Confessio, fiat quasi Generalis.

Decima-quarta. Habere institutum quoddam Purgatorium Spirituale, ex varijs classibus Exercitiorum compositum, in quo statis temporibus expurgatio fiat peccatorum & penarum ijs debiturum. Qua de re alibi.

Decima-quinta. Semper habere aliquam molestiam seu cordis seu corporis: sponte vel aliunde oblatam, acceptatam tamen in eum finem, vt eius libenti toleratione cum vniõne Sanguinis Christi

merito-

meritorumq; Pretiosissima Parentis & omnium  
Electorum, satis fiat Diuinae Maiestati Iustitiazq;  
pro ruis omnibus peccatis.

Decimasexta. Habere in more vt quoties ali-  
quem cognoscis defectum tuum, eum pluribus a-  
ctibus oppositis aut alijs virtuosis compenses, nec  
non (si licet) pœnalibus: adiuncta vel præ-  
uia retractatione & emendationis  
proposito.

## Prouisio II.

### *Ad Iustitiarum imperfectarum perfectionem.*

**C**onsidera hanc esse miseriam nostram, quam  
Odiu in hoc puluere gradimur vitæ fragilis &  
mortalis, quod non tantum multa passim peccemus,  
sed etiam ipsas nostras perfectiones imperfec-  
tè, diligentias negligenter, feruores tepidè, boni-  
tates minus bene, Diuino oculo iudice operemur,  
fallentes non raro, neq; parùm nosmetiplos. Hoc  
nisi ita esset, vt quid Dominus minaretur, se ac-  
cepto tempore Iustitias iudicaturum? vt quid Apo-  
stolus diceret: *nihil mihi conscius sum, sed non in  
hoc iustificatus sum: etenim qui iudicat me, Do-  
minus est?* ut quid diceret alius Apostolus, in Iu-  
dicio Dei, iustum vix esse saluandum? vt quid di-  
ceret deprecans Deum Dauid. *Non intres in Iudi-  
cium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabi-  
tur in conspectu tuo omnis viuens, etiam scilicet*  
*Iob. 10. 15.* Iustus? vt quid Sanctus Iob & dicit. *Si iustus fuero  
non eleuabo caput. & petit, in inferno potius abscon-  
di, quam in Iudicium eiusdem adduci?* Vt quid de-  
*Isa. 64. 6.* niq; Isaias affirmaret: *Facti sumus vt immundus om-  
nes nos: & quasi pannus menstruatæ omnes iustitia  
nostræ.* Quocirca Iob iustissime simulq; humillimè  
confiteatur.



confiteretur de se. *Quantus sum ego, et respondeam Deo, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam mihi habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed iudicem meum deprecabor.* E. dat rationem subdens. *Si fortitudo quaritur, robustissimus est: si aequitas Iudicij, nemo audeat pro me testimonium dicere. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.* Ergo ex mente tantorum Sanctorum, si ad rigorem examinis districti Iudicis veniant iustitiae nostrae, nec fidere ijs possumus, & timere ijs debemus. Si eas vel à Christi meritis, atq; gratia, vel à miseratione Diuina separauerimus.

Quo posito bene prudentis consilij est, iustitias suas bene suspectas habere, & timere, ne ijs dicat Christus Dominus illud. *Non inuenio opera tua plena coram Deo meo.* semper autem & inquirere & habere adhibereq; rationes, quibus suae plenitudini reddantur, seu quibus ad perfectionem iustitiae perducantur. Tales enim Dominus & desiderat & commendat seruos cum ait. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam:* nempe completam & perfectam: quoniam ipsi saturabuntur eius plenitudine, quando dabit eis Dominus, *et dies pleni inueniantur in eis.*

Hoc verò omnibus quidem Dei seruis curare consultum est: at consultissimum ijs, qui iam vident propter aetatem & elapsam & deuexam, non posse non esse sibi Tempus breue & reliquum, non posse Dominum longè abesse, sed potius prope esse. talibus enim, nisi de numero fatuarum Virginum sint, incumbit promptè, & vel de nocte media consurgere, lampadesq; non solum ornare, nec solum accendere, verum etiam & imprimis quidem oleo implere. Cuius rei praestandae antequam aliquas ponam praeseres, praemittam aliquas viles necessariasq; obseruationes.

Prima exq; fundamentalis obseruatio sit desumpta ex D. Thoma. *perfectionis & perfectarum primum*

Iob: 9. 14.

Ibid: 6. 19.

Apoc: 3. 2.

Matt: 5. 6.

Psal: 72. 10.

1. 2. quest:

68.

primum esse, omnia perfectè elaborare, quod nisi fiat à perfectionis sectatoribus professoribusq; eorum opera quantumlibet ex substantia sua sint, videanturue perfecta, non erunt reuera perfecta. Ex hoc proinde surgit.

Secunda Observatio. Vulgatissimum esse eorū qui perfectionem quærunt & amant, errorem in eo: quod ambitiosissimè, magna, grandia, atq; vt illi vocant Heroica & perfecta, mirabilia, & oculos mentesq; omniū rapiencia, operari queant & gaudeant, in eoq; & summam, & praxim perfectionis ponant, nihil de eo, parumue aliquid solliciti, v. quidquid laborant, perfectè elaborent. Cū tamen iuxta sapientes, & iuxta ipsissimam veritatem, proprium sit perfectorum & perfectionis, perfectè operari. Alibi hoc argumentum fufius tractatum est, hic eius locus non est. Sit interim.

Tertia observatio. alterius erroris, quem etiam perfectionis cupidi sæpè errant: nimirum quia magis volunt multa operari, quàm benè: malunt numerum, quàm valorem operum: quod perinde est, ac si quis mallet multos obolos, quàm vnum aureum, multa vasa testea, quàm solido ex auro vnum factum habere. Atqui certò certius est, apud omnes rectè æstimantes, maximeq; apud ipsum Deum: Minimum, & Naturâ specieque suâ licet vile opus, perfectè elaboratum, esse præstantius atque pretiosius, pluribus operibus bonis, at non benè, non inquam perfectè elaboratis. Hic perfectorum error, à spirituali quadam avaritia profluit, quâ volunt citò & multum coram Deo ditari, sed in modo discendi errant, nam vt dixi, coacervare multa testea vasa seu opera meritaq; volunt potius, quàm vnum auro solido gemmisq; factum. obliui illius prouerbij. *Substantia festinata minuetur: que autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.* Quocirca, qui hoc inter detrimenta vitæ suæ peruat, si pauca & lentè, sed perfectè elaborant, hī

*Pro. 13. 11.*

rant, hi hunc errorem deponant opus est. magisq;  
 credant Diuino, quam suo sensui. Deo enim non  
 placet multitudo filiorum (operum) inutilium.  
 plusq; ipsa Sapientia estimauit ac probauit duo mi-  
 nuta a paupere vidua missa in gazophylacium, qua  
 multorum profusam pecuniam, affirmans eam plus  
 omnibus dedisse, non plus numero, sed plus animi  
 dantis pretio. quoniam Deus deuotione pascitur  
 & delectatur, non numero. & non attendit ad qua-  
 ntum, sed ex quanto, neq; acceptat verba, sed ad-  
 uerbia.

Quarta obseruatio. Opera nostra alias bona &  
 praecleara de se, infici tamen solere potissimu. 1. Vel  
 quia ipse operans, non satis est gratus Deo, eo quod  
 non satis etiam sit purgatus coram ipso. 2. Vel  
 quia intentione non satis pura defecataq; opera-  
 tur. 3. Vel quia angusto, ignauo, illiberali ani-  
 mo affectuq; (quod sine deuotione dicimus) ope-  
 ratur. Vel quia. 4. non secundum debitas operi  
 circumstantias operatur. Vel deniq; quia 5. non  
 usq; ad consummationem operatur. quamobrem  
 qui vult perfectionem in suis moribus operibusq;  
 & consequenter in se, vitaq; sua obtinere, opposita  
 quinque adhibeat in operando media. 1. Nitorem  
 & munditiam cordis. 2. Puram & ab omni crea-  
 tura portitionis intuitu liberam, in solumque Deum  
 propter Deum directam intentionem. 3. Diligen-  
 tissimum, feruentissimum, liberalissimum animi  
 in agendo conatum & affectum. 4. Debitarum  
 circumstantiarum omnium nexum. 5. Et deniq;  
 victimam finalemq; operationi & operi manum.  
 quandoquidem in suo sacrificio quod Holocaustu  
 vocant, neq; vngulam, neq; caudam, neq; pilos de-  
 esse vult Deus noster.

Quinta obseruatio est, vnicam tantum rem age-  
 re, non autem plures simul. Nam pluribus inten-  
 tus, minor est, neq; sufficit ad singula sensus. Et  
 experientia nouimus, quod dum aliquid primari-  
 um agi-



um agimus, & interim etiam aliquid aliud esto le-  
ue expedire veluti obiter volumus, ab illo primario  
opere nostram attentionem abduc i, in hac autem  
leuicula actione defigi: estq; hæc illusio non infre-  
quens, insipiens, & perfectioni operum nociua,  
proinde vitanda.

Sexta obseruatio. Esi vnica solùm agenda res &  
actio sit, agat tamen eam totus homo, & non vni-  
câ uel alterâ parte potentiâq; sui. Sic enim vnum  
opus bonum poterit simul & semel pluries agere,  
quod alioqui semel tantum egisset. Exempli gra-  
tiâ. Orat quis horas canonicas flectendõ; aut stan-  
do, aut sedendo, aut ambulandõ, si ad orandum  
tantum applicat mentem seu rationem & volun-  
tatem, & linguam, sola mente & linguâ orabit, at  
si etiam ad orandum sua intentione, applicabit  
oculos quibus legit, aures quibus audit, manûs  
quibus tenet aut voluit librum, pedes quibus vel  
stat, uel flectit, vel ambulat, os & pectus quibus  
respirat, reliquasq; sui partes, quibus inter actionē  
orationis illius utitur, toties iste horas suas orabit,  
quot erunt variorum membrorum ab eo simul ex-  
ercitæ actiones inter orandum mente vel linguâ.  
Hæc enim ab intentione & applicatione depen-  
dent volentis, & vim habent. Quod melius patē-  
bit ex obseruationibus sequentibus. Ad hanc autē-  
tem adhuc addo alium sensum, vsûmq; huius ob-  
seruationis præsentis. etenim hac obseruatione,  
quâ totus homo agat quando agit, non tantum pos-  
sumus vnum opus pluries simul agere, modo expli-  
cato: sed etiam possumus plura simul opera dispa-  
rata & distincta agere, absq; detrimento actionis  
principalis & per se ad agendum assumptæ. exem-  
pli gratiâ. Orat quis canonicas horas modo dicto.  
ad hanc actionem expediendam, sufficit mentem  
& linguam cum cæteris suis modis adhibere. am-  
bulatio, flexio, libri tentio aut volutatio, respira-  
tio, aliarumq; partium & potentiarum exercitatio,  
ad hæc

ad horarum recitationem est de se impertinens : ergo ista omnis concomitantium actionum varietas, potest ad alios aliosq; fines iuxta arbitrium voluntatis humanæ applicari, atq; ad eos exerceri : sicut potuit ad horarum canonicarum recitationem intentione simili dirigi. Quare ore & mente horas dicet, vt satisfaciat obligationi, standi vel flectendi laborem dabit animæ purgatorij. respiratione aspirabit ad Deum ut dilectum. & sic de alijs. Neq; opus est, inter recitationem horarum, has omnes applicationes in memoria actualiter volvere, id enim esset contra quintam obseruationē, sed eas sufficit semel initio fecisse, neq; mutatione interrumpisse. censebuntur enim virtualiter durare, dum durabunt actiones ipsæ applicatæ.

Septima obseruatio est Augustini de operibus nostris, quod & illa loqui possint, nosq; per illa loqui possimus. **Habent enim & illa linguam suam, & possunt à nobis adhiberi, pro lingua aut cordis animiq; motu.** Sic querenti ex nobis alicui homini, vbi sit venale vinum possumus hoc narrare voce, possumus intenta in locum manu, possumus offensa hedera, potest hoc ipsamet exposita præstare hedera. Sic iram internam, non sola voce, sed etiam contracta fronte, aspectu toruo, minitante manu, possumus eloqui, seu manifestare. Sic ipsi, imò verò maximè Deo ipsi, non sola lingua, nec sola mens, nec solum cor loquitur, loquuntur etiam genua flexa, oculi eleuari, tensa brachia, sublatæ iunctæq; palmæ. Quemadmodum etiam Deus ad nos non tantum voce loquitur, loquitur etiam rebus & operibus, adeoq; omnis res, omne opus Dei, lingua est Dei. Mugiant tonitrua in ære, nonne loquitur nobis se esse terribilem & timendum? dat beneficia, nonne ait nobis, dilige me : quoniam bonus sum &c. Ita tot sunt linguæ Dei, quot creaturæ, quot opera manuum eius. Pàri ratione & nos sumus instructi infinitis instrumentis loquere

*Habet simile sensum etiã Ambro: lib. 1. in Offic: C. 41. Habet & sanguis vocē suam, quã clāmat ad Deum.*



loquendi cum Deo, eiq; sensus mentis nostræ explicandi. dum modo non desit intentio & applicatio, voluntatis nostræ liberæ: quæ vna potest omnem rem, omnemq; actionem suam animare, vt loquatur Deo quidquid vult, laudem, amorem, timorẽ, adorationem, subiectionem, gloriam, gratiarum actionem, pœnitentiam, admittationem, desiderium, fidem, spem, sustinentiam, resignationem, obedientiam, humilitatem, orationem, postulationem. &c. Sicut enim oro Deum pro sanitate corporis, quando illi verbaliter dico. Sana me Domine ab infirmitate mea. ita quoq; id ipsum ab eo peto, quando pauperi stipem do hac impetrandi intentione, aut quando iniuriam condono. Sic, quando ambulationis, aut scriptionis, aut externæ laborationis meæ gressus, motusvè manus, calami, instrumenti facio, vt me coram Deo tot vicibus humiliem, quot gressus faciam, tot sine dubio erũt humiliationis actus, quot pedum gressus, quod manus calamiq; motus. non minùs, quàm si vel corde solo, vel etiam ore repeterem sapiùs sapiùsq;. Domine propter te, vilifico me. Domine vilis & vilitas sum. &c. Habent enim opera linguam suam seu possumus nos, nostrã voluntate operibus nostris dare linguam suam. Sic pro beneficio accepto à Deo, possumus agere gratias, non corde tantum aut linguã, verũ etiam victoriã aliquã nostri in finem gratias agendi Deo. si verbi gratia nõ obsequar curiositati oculorum vel aurium, si non obediam impatientiæ, si actum charitatis fraternæ, vel obedientiæ ad Prælatus aut regulam faciã. Ita enim omnia opera loquentur Deo gratias, melius etiam, quàm si lingua tantum, aut cor diceret id ipsum. Addo hac eadem ratione posse nos omnem creaturam etiam brutam & inanimatam, omnesq; eius actiones, vires, partes, circumstantias facere loquentes, Deo gloriam & honorem & gratiarum actionem, postulationem, adorationem



rationem, obedientiam, humiliationem, & omnis  
genetis affectiones dignas Deo, tam pro nobis, quā  
pro alijs, quā pro seipſis. Cuius rei luculentum  
exemplum est, Canticum trium puerorum *Bene-  
dicite omnia opera Domini Domino.* Et Davidis *Pſal-  
mi* plures, nominatim *Laudate Dominum de caelis.*  
Adhuc addo: hac eadem ratione posse nos omni  
actione nostra, (imò & aliena per nos ad id directā  
quantum ex nobis) disponi ad gratias Dei actua-  
les & habituales, disponi item ad Sacrificium Missæ  
Sacramentumq; dummodo animentur ista inten-  
tione, & ad gloriam Dei fiant, diriganturq; ea in-  
tentione, vt insuper disponamur per eas ad fines  
prædictos gratiarum, communionum, contritio-  
nis, satisfactionis pro peccatis aut Animabus pur-  
gatorii &c. &c.

Octava obseruatio. præcedentes illustrans &  
fundans est, tenendam esse naturam, potestatem,  
vastitatem comprehensionemq; nostræ liberæ vo-  
luntatis, eiusq; vsum & praxim simul sciendam &  
exerendam exercendamq;. Voluntatis ergo no-  
stræ tanta est vastitas, & capacitas, & natura, & pò-  
testas, vt quantumcunq; & quocunq; voluntate no-  
strâ liberâ intendimus, eo etiam eiusdem actiuitate  
& actione pertingamus. idem enim & vnum ista in  
voluntate nostra sunt, aliquid vel aliquò intende-  
re, & eodem actione pertingere. Itaq; si voluntas  
libera extendit se intentione sua tantum ad tres  
verbi gratiâ vlnas, actio eius etiam tantum trium  
vlnarum & ad tres vlnas erit. at si intenderit & por-  
rexit se ad centum milliaria, etiam actione centū  
milliaria complectetur: quia voluntatis intende-  
re, est actione pertingere. ita vt non vltius actio-  
ne pertingat, quā intendat, nec vltius intendat  
quā pertingat. Estq; hoc soli voluntati nostræ libe-  
ræ proprium: aliæ enim potentæ nostræ id non  
habent. Non enim possumus auditui vel visui no-  
stro præscribere, vt non nisi ad tantum spatium au-  
diat, vi-

Dan. 3.

Pſalmi 148.

E

diat, vi-

diat, videatue. sed sæpè citra, sæpè vltra extenditur, quàm volueramus: At voluntatis intentio & eiusdem actio adeò commensurantur inuicem, vt altera alteram nihil excedat. Hac voluntatis nostræ proprietate in intendendo scire, vti in spiritali negotiatione, & vitâ & acquisitione perfectionis atq; augmento, singularis artis est, maximi fructus, modici laboris. Solus enim est hic labor, Intendere. Sit in hoc liberaliter assiduus, assiduèq; liberalis, imo auarissimè avarus lucrorum spiritalium conquisitor: & sine dubio tantum lucrabitur atq; ditescet, quantum intendet. iuxta illud Esomini dictum ad populum suum. *quemcumq; locum calcauerit pes vester, vester erit.* quousq; enim sese pedes voluntatis nostræ intentione extendent, eodem efficitate & lucro profectusq; pertingent.

*Dent: 11. 24.*

*Iosu: 1. 3.*

Nona observatio. In via & vita & negotiatione spiritali (tam verbi gratiâ in expiandis peccatis, quàm in supplendis imperfectionibus, quàm in cõpensandis omissis, quàm in conquirendis magnis meritorum & profectuum lucris) sciendas & adhibendas esse artes quasdam compendiosas seu breues, quoad laborem, amplas autem & vastas quoad fructum. Sunt enim in vita spiritali etiam viæ cõpendij, per quas qui currunt præueniunt sæpe multos, *Et consummati in breui expleat tempora multa.* eoq; perueniunt in perfectione & meritorum atq; virtutum & gratiarum Dei opulentiâ, quo pleriq; per multos & annos & labores, vel nunquam, vel vix perueniunt. Tractavi hoc argumentum aliàs: nunc locus non est, tantum atrexi istas compendij vias aliquas, seu dictamina ampla & vasta.

*2. Reg: 18. 23.*

Tale ergo est. 1. Continuum suimet abnegationem & perditionem quærere & exercere, Summet dico, nempe Amoris, sensus, honoris, excellentiæ ac libertatis iudicijq; proprij. Vt homo in nulla re seipsum quærat, sibi uè faueat, maximè in puncto honoris & famæ contra cuius amorem, curam, tutelam,



relam, quanto animosiùs depugnàrit, tanto celeriùs proficiet copiosiusq; Qui hoc punctum in vltimos annos vitæ spiritualis reijciunt, valde tam se, quàm alios seducunt, puniuntur à Deo tarditate & parcitate profectus: tepiditate spiritùs, alijsq; incommodis, quorum fontes alibi deteguntur. Ab hoc certè ordini nos conuersionem nostram docet Dominus toties dicens. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Qui amat animam suam perdet eam.* Proinde qui hoc studium differendū putant, Christi doctrinam corrigunt, suam ignauiam nutunt.

2. Præsentiæ DEI studium assiduum & accuratum. Efficacissimum verò ad profectum diuitiasq; spirituales instrumentum, quod quia vulgò est laudatum & explicatum, & meliùs experimento discitur, quàm verbosa commendatione, sit satis hoc de eo dixisse: DEI amari & dignè appretiati iugè memoriam, esse acceleratæ & supremæ sanctitatis, perfectionisq; fodinam.

3. Vitæ communis & Observationis regularum omnium ad literam, inuerecundum (liceat ita loqui) & cæcū ad respectus humanos studium. Hac via incedere tutissimum Religioso præsertim. Neq; est ad iuuenes amandandum, sed à senioribus quàm maximè obseruandum: eos enim maximè decet, quorum vita veluti viua regula omnibus esse debet. Et omninò absurdum est, vt veterani ab inferioribus indignentur aliquid agi, præter communem disciplinam, ipsi autem permittant sibi, & velint permitti, vt possint impunè esse, supra, extra, contra disciplinam. Qui est per omnia subiectus Regulis (scriptis aut viujs, nil refert) & communi disciplinæ ad mortem. Hic sine iudicio ad beatam vitam admittetur. Non enim in eius quidquam reperietur actionibus, quod iam ab ipso Deo non sit canonizatum per regulas.

4. Dictamen amplum & vastum simulq; cōpendio.



pendiosum est. Ordinaria opera, sed non ordinario modo, non perfunctorio, non ex usu, non ad oculum, non ad præmium, verum exactissimo modo & dignè Deo facere. Grande dictamen & præcedenti confimile.

5. Est. Obedientia & dependentia in omnibus etiam minimis animi designationibus & motibus, à directione Superiorum raturmq; Spiritualium: instar simplicissimorum paruulorum. Ita vt maioribus anima conscientiaq; sic pateat, quomodo vasa crystallina in lucem adducta transparentintuentibus. Quantum sit sanctitatis, compendium & perfectionis in hoc dictamine, nosse qui cupit, experiri velit.

6. Est Resignatio in Dei omnem secundū quascunq; conditiones voluntatem, tam circa nos, quā circa quascunq; creaturas, pro beneplacito suo ordinantis. Ita sine nostra voluntate in omnibus sumus, præter quā in hoc vno vt omnia iuxta Dei voluntatem, propter ipsammet Dei voluntatem velimus. De hoc pluribus alibi, nec semel dictum à me. Nihil attinet repetere. Plura etiam dictamina non addo. longior enim est hæc prouiso, quā voluissem, quanquam hæc vna, etiam sequenti, imo fors & sequentibus subseruiet.

Ex dictis colliget quisquis iustitiarum imperfectarum perfectionem supplere desiderat, quibus cum praxibus, quibusq; artibus & obseruationibus ad hoc tendere oporteat. 1. Dabit enim operam, vt omnia perfectissimè elaboret, 2. Vt opera sua siue maxima siue minima ex se sint, maxima modo operandi faciat. 3. Vt si fortè multa perfectè elaborare non possit, elaboret pauca, elaboret vel vnum certus, plus Deo & gloriæ & gustus, itemq; sibi meriti & profectus esse ab vno perfectè elaborato opusculo, quā à multis, sed non perfectis; 4. vt puro corde, pura intentione, pleno studio & affectu, pleno omnium debitarum circumstantiarum committas,

pitatu, ad vſq; finem ſeu vitæ ſeu operandi cum  
 perfectione modi peragat. 5. Vt in agendo nec  
 multiplex, nec feſtius ſit: neq; æſtuet ad hoc, vt  
 multa in arcto tempore perficiat, ſed omnia tem-  
 pus habeant, neq; aia alijs obſtrepent. Optimè  
 tempus collocat, quiſquis illud in ſingulis operi-  
 bus ſuis perfectè conſummandis collocat, perdit  
 autem non lucratur tempus, qui non quam bene,  
 ſed quam multa faciat attendit. Res tibi ſeruiant,  
 non tu rebus. Itemq; tempus, eſt (& fit) propter  
 res atq; actiones, non contra. Vulgo dicitur & be-  
 nè. Quod citò fit malè fit, ſeu citò perit. Et qui  
 duos lepores vno cane, captat ſimul, neutrum ca-  
 pit. 6. Dabit etiam operam, vt totus agat. Sic enim  
 multiplicabit opera & lucra, labore vel nihil, vel  
 penè omninò nihil multiplicato. 7. Animet etiam  
 non tantum ſeipſum, nec tantum opera ſua, ſed res  
 omninò omnes, earumq; operationes in ſuum Spie-  
 rituale fructum Deiq; obſequium, & gloriam,  
 Idq; voluntatis & intentionum eius vſu quam va-  
 ſtiſſimo & capaciſſimo. Ad hæc autem ſectetur vi-  
 as compendij. Deniq; per hæc omnia illud inten-  
 dat, vt (præter alias intentiones) iuſtitiarum ſua-  
 rum imperfectio perficiatur, & ſua plenitudo,  
 in quantum ab ea deficient, implea-  
 tur & etiam ſuperimpleatur.

## Prouiſio III.

*Ad fecunditatem perfectionis & meritorum in operibus.*

**C**onſidera, quod ſi quid ad Prouiſionem Sen-  
 ſtus pertinet, hoc certè pertinet, vt qui ſe in-  
 decliui ætatis videt, in hanc ſe præcipuè curam ef-  
 fundat, vt quæcunq; interea operatur, operetur  
 quam perfectiſſimè, ac per hoc etiam, quam fecun-



diffimè. Et quidem ad hoc propositum non deest  
 nobis Diuina incredibilis ac faciendum nobis bene  
 liberalitas, dummodo nos in eâ acceptandâ nobis,  
 & Deo non desimus. Præter quàm enim, quòd v-  
 nis ijsdemq; operibus & operationibus, tum præte-  
 rita expiare peccata, tum præteritas bonorum im-  
 perfectiones supplere, insuper etiam noua lucra,  
 hoc est nouos profectus facere, noua merita com-  
 parare possumus, & quidem in ea excellentia atq;  
 copia in quantam sese nostræ voluntatis extendere  
 studuerit intentio. Quocirca quæcunq; in duabus  
 prouisionibus prædicta sunt, quæ praxes inibi inti-  
 mataz, ex omnes ad hoc quoque seruire nobis pos-  
 sunt, quod hac prouisione intendimus: scilicet ad  
 locupletandum nos meritis, gratijs, virtutibus, per-  
 fectione in operibus nostris. Et nihilominus pos-  
 sunt aliz praxes ad eundem finem inueniri & ad-  
 hiberi, quæ similiter duabus primis prouisionibus  
 perinde poterunt deseruire. Et si verò iam ante ex-  
 plicatum est, quosnam fructus operum nostrorum  
 nos habere possumus, tamen & hic proderit eorum  
 memoriam reuocare, & indiculum forsitan plenio-  
 rem, quàm ante retexere. Igitur omni opere suo  
 bono, benè facto, iustus quis, & in gratia Dei posi-  
 tus, potest. 1. Deum laudare, adorare, venerari,  
 diligere. 2. Potest eiusdem voluntatem siue præ-  
 cepti, siue consilij, siue beneplaciti ac supereroga-  
 tionis, siue quasi talis adimplere. quòd addo ideò:  
 quia etiam præceptum opus potest impleri superer-  
 rogatiuâ voluntate, & ac si, aut etiam si præceptum  
 non esset. 3. Potest eidem Domino pro beneficijs  
 sibi, totiq; vniuerso impensas, naturalibus, Super-  
 naturalibusuè gratias agere. 4. Potest coram eo-  
 dem Domino suo, plurimos virtutum actus Theo-  
 logicarum & Cardinalium in hisq; specificè contē-  
 tarum peragere, vel tanquam pro ijs actibus vice  
 illorum sua (quin & omnium aliarum creaturarū)  
 opera substituere. 5. Potest ijsdem operibus suis  
 tanquã



tanquam orationibus postulare & impetrare à Deo, sibi, alijsuè gratias naturales Spirituales, Supernaturales, temporales. 6. Potest adhuc iisdem suis operibus satisfacere pro peccatorum suorum, vel etiam alienorum pœnis, nisi quid obstat & iuxta applicationem suam. 7. Potest supplere partim omissiones, partim imperfectiones, partim alia debita, ac etiam non debita, sed solum si fuissent peccata, nobis profutura Deoq; placitura. 8. Potest etiam iisdem suis operibus homo iustus mereri apud Deum sibi. 1. Gratias actuales auxiliaq; opportuna ad omnis generis bona spiritualia (gratias primas & finales excipio) 2. potest deinde mereri gratiarum habitualium & sanctificantium, nosq; amicos Dei facientium gradus, & incrementa maiora & maiora, pro perfectione operum. 3. Potest adhuc mereri augmentum charitatis Dei & proximi, quoad habitum eius siue charitas ista sit quid diuersum in substantia sua ab Habitu Gratia, siue non. 4. Potest quoq; mereri augmentum ceterarum omnium virtutum Theologicarum & Moralium, quæ ad augmentum Gratia Sanctificantis & charitatis in nobis augentur, simul cum donis & fructibus Spiritus Sancti. Potest præterea mereri alia quoq; bona iuxta intentum suum & Dei placitum, etiam temporalia ac naturalia. Deniq; potest mereri incrementum Gloriz in Cælo, quæ secundum gradus amicitia Dei, siue gratia habitualis, proportionaliter, & quidem excessiuè nobis hic quidem debetur, in altera vita exhibetur. 9. Iisdem suis operibus bonis iustus potest se disponere ad plurima bona, secundum intentionem suam, aut secundum Dei placitum, siue fuerint illa ordinis Naturæ, siue etiam gratia.

Hi verò fructus penè omnes operum nostrorum, post-Dei placitum, ex eiusdem ordinatione pendunt potissimum, à voluntatis nostræ in talibus fructibus intendendis appetendisq; extensione, liberalitate, capacitate, vt alias dictum est. Quocir-

Quocirca hæc sit Prima ad coaceruationem fructuum id est meritorum & perfectionum quam maximam ex nostris operationibus praxis. Voluntatis nostræ quam maximè dilatare intentionem atq; tendentiam. Cuius extensionis dilatationisq; expedit formulam habere confectam, quam et si quisq; perfectorum meliùs atq; plenius pro suo gustu parabit, eam tamen hic subrexi.

Sanctissima Trinitas Deus Pater. Fili. Spiritus Sancte. ego N. volo & intendo, esse & mutari, agere & pati, ex, & cum gratia tua, sine qua nihil sum, ex voluntate & electione mea deliberata, omnem voluntatem tuam, ad voluntatem tuam, omnes & singulas actiones meas, passionesq; quocunq; modo meas, affectu, gustu, corde tuo Divino, nec non ad Tuas Divinas ad intra & ad extra, ad **IESU CHRISTI** quoque Domini nostri erga Te, erga se, erga nos, item ad Pretiosissimæ Parentis omniumq; electorum intentiones, intentionūq; sublimitates, adæquatè obligationi capacitatiue meæ, impersonatè etiam ad omnes & singulas creaturas, pro, & cum omnibus illis, actionibusq; earum omnibus & singulis, mihi appropriatis, ac veluti meis & à me factis, Sacrificando & Holocaustū de me Tibi per omnes eas faciendo, Heroicè & quoad fas super Habitum, omni intentione, extensione, intensione, liberalitate, attentione, mentis, affectus, actus, excessus, ignitionis, capacitatis, omni proportione, omni circumstantia atomicè, abyssaliter, insatiabiliter, incessabiliter, omni possibiliter, cuncticreatè, cunctibeatè, cunctisericè, Marianè, **IESU CHRISTI** formiter, Divinè: Sine vllò mereri, certè non propter vllum mereri, sine nidulo quietis, sine portu voluntatis, sine spe & interesse Amoris proprii. Desperatiuè profus de me, speratiuè in Solo Te. Cum expectatione & acceptatione & iudicate & postulatione (secluso proximi peccato) censura, linguæ, ingraticudinis, contemptus,



temptus, sterilitatis, impedimenti. Ad confusio-  
nem mei, ad spem & amorem Crucis. ad mensuram  
Dignitatis tuæ, debitiq; ad Te mei. Ad mensuram  
amabilitatis tuæ.

In finem confessionis, dilectionis, adorationis,  
laudationis, desiderationis, gratiarum actionis ei-  
bi, imitationisq; tui. In finem impetrationis, me-  
riti, satis factionis, suppletionis damni & debiti o-  
mnis. In finē balnei & expiationis maculæ omnis,  
sicut tu potes, seis & vis. Tanquam primum & ul-  
timum Salutis meæ, Laudis Tuæ, exaltationisque  
medium. Semel pro semper. In omne bonum Vni-  
uersi, cum abyssali presentia Tuæ amore & reue-  
rentia, Dignè Te, Dignè Iesu Christo, dignè Pre-  
tiosissima Parente, dignè Electis omnibus. Dignè  
mercede Iesu Christi & Pretiosissimæ Parentis o-  
perariorum meorum. Ut Tibi placeam: quia mi-  
hi places ut mihi placeas & omnibus placeas, ut  
Tibi omnes placeant, amplius & amplius. Ut deni-  
q; sis id quod esin æternum & ultra, & quamdiu  
Tu es. Sanctissima Trinitas vnus Deus. Amen, A-  
men, Alleluia, Alleluia, Fiat, Frat. Alleluia. &c.

Huic praxi, quod quisq; vult addat, vel subdu-  
cat pro suo sensu. Hæc tamen praxis instruere po-  
test, aut saltem intimare complures alias praxes,  
quibus fecundatio operum nostrorum aggerari  
potest accumulariq; fructus eorum: ferè enim sin-  
gulæ voces hanc fecundationem redolent, insinu-  
ant, extenduntq;. Addo tamen insuper aliquas  
praxes ad idem propositum facientes. Sit igitur.

Secunda praxis, valens tum ad fecunditatem  
fructuum, tum ad conseruationem praxis tam præ-  
teritæ, quam omnis alterius per ratificationem &  
innoationem illius frequentem, hac vel simili  
formâ.

Volo & intendo, ut omnis motus meus (sue  
propriae personæ meæ, sue personatè ad omnes  
creaturas earumq; motus) sit renouatio intentio-  
nis



nis (prædictæ) atq; approbatio illius æterna. Vel certè hæc paulò plenior.

Sanctissima Trinitas Vnus Deus, Tuas Diuinas, necnon Iesu Christi, Pretiosissimæ Parentis, omniumq; Electorum, & meas intentiones intentionūq; sublimitates, omnes & singulas, & quæ vnquam bona benè volui, volo & rata habeo, quæ verò vnquam mala, malè volui, nolo & irrita habeo, semel pro semper. in omnimoda proportionem formalitatis & feruoris, ad gustum Tuum in me & meum in Te saginandum, deuotionemq; meam & voluntatē tuam explendam, in Æternitatem. &c.

Tertia praxis vno atq; eodem actu, licet sensu & intellectu dispari, affici erga Sanctissimam Trinitatem, erga Deum Hominem, erga Pretiosissimā Dei-Hominis Matrem, erga omnes Electos & Sanctos Dei. Comprehendendo has quatuor classes Sanctorum vnā congruā appellatione atq; affectione, habendo & intendendo sensum congruum, cuiuslibet prædictæ classi. Sanctissimæ quidem Trinitati Latreuticum simpliciter. Deo-Homini Latreuticum etiam propter vniōem Hypostaticam. Pretiosissimæ Parenti Hyperdulicum, propter eius excellentiam; Electis & Sanctis. Dulicum. Et appellatio quidem seu titulus his omnibus classibus Sanctorum communis esse potest. hic verbi gratiā. Quater-Sancta quaternitas: vel Quater-Sanctus quaternio: propter quadruplicem numerum atq; etiam gradum & modum sanctitatis. Affectio autem & actus pius quicumq; esse potest sensu mentis & intentione voluntatis attemperatus cuique gradui verbi gratia Amoris. Adorationis. Benedictionis. Dignificationis. exaltationis. postulationis. laudationis. Desiderationis. gratiarum actionis &c. Ita vt vna quidem vox sit v. g. Amandi. sed diuersus sensus erga Sanctissimam Trinitatem scilicet Latreutici amoris, itemq; erga Christum propter eandem rationem: erga verò Pretiosissimam  
 PAREN-

Parentem, sit amoris Hyperdulici, erga Sanctos au-  
tem & Electos Dei, sit Amoris Dulici.

75

Paradigma esse potest huiusmodi.

Quater-Sancte quaternio Toto te, toto me. Amo  
(Beatifico. Laudo. glorifico, exalto, adoro &c.)  
Te. & volo Tibi, omnia Digna Te. Dignè Te.

Quater-Sanctæ quaternitati. Toto me gloriam  
do. vanitatem do diabolo, mihi nihil, confusionē,  
& infernam referuo, omnia ad Sacrificium, ad Sa-  
cramentum, ad gratiam, ad gloriam, ad gratiarum  
actionem, ad adorationem, ad meritum, ad impe-  
trationem, ad satisfactionem perfectissimè & fer-  
uentissimè agere & pati volo, in clibano ignis Sera-  
phici, Mariani. Theandrici. in Christi sanguine.  
Adiuua me ô quater-sancta quaternitas, adiuua  
me: nihil enim mihi sum sine Te.

In his paradigmatis [ atq; pariratione in alijs  
ferè omnibus ) notet Lector plures, variasq; & grā-  
des latere praxes, quibus fecundantur tam perfe-  
ctiones quàm merita quàm etiam intentiones ope-  
rum. indico eas quàm possum breuissimè: non-  
enim est hoc præsentis propositi.

1. Quid intelligatur Nomine Quater-Sancti qua-  
ternionis, aut Quater-Sanctæ quaternitatis, iam  
supra dixi: intelligitur enim (consequenter colit-  
tur) 1. sanctissima Trinitas Pater. Filius & Spiri-  
tus Sanctus. 2. Humanitas Christi Theandrica seu  
Verbum Incarnatum DEUS HOMO. 3. intelligitur  
Beata Christi Mater. 4. intelliguntur omnes &  
singuli Electi Sanctiq; Dei, tam Angeli, quàm Ho-  
mines.

2. Totote. vel Tota te. intelligitur idem Qua-  
ter Sanctus quaternio, assumiturq; totus quantus  
quantus est, in sua latitudine, capacitate, perfecti-  
one, dignitate, effectuositate seu efficacitate, meri-  
tis, multitudine, plenitudine, æternitate, assumitur  
inquam, & ab Homine hunc actum agente sibi ap-  
propriatur, & in eundem quaternionem dirigitur  
refundi-



refunditurq; , tanquam si eo vel actu tota se quaternitas amaret in seq; ferretur, vel agens homo sit tota quaternitas sancta, in seq; vt talem afficeretur. Quo in sensu quanta sit & sublimitas & latitudo & extensio & intensio & perfectio & duratio actus, cogitari quidem potest, an autem ad plenum possit cogitari, equidem ambigo.

3. Toto me intelligitur. 1. Totus Homo agens actumq; exercens. Totus inquam secundum personam. animam. corpus, potentias. membra, operationes omnes externas, internas, etiam possibilis, prateritas, presentes, futuras, omnium membrorum partiumq; suarum, omnium instantium ac momentorum, omnium atomorum: secundum omnes gradus, circumstantias, extensiones, intentiones, respectus, adiuncta, connexiones &c. &c. durationes, aternitates, & quidquid omnino quouis modo ad hominem attinet, seu ad quodcunq; homo ipse, qui agit, patitur alteratur & hoc affectu pertingit. ita vt omnibus istis predictis, censeatur, velit, intendatq; & re ipsa actualiter amet quater sanctam quaternitatem. 2. Intelligitur vniuersus creaturarum populus atq; cumulus: in numero indiuiduoq; in specie, genere, ordine naturali, supernaturali, possibili, cum omnibus suis conditionibus, modo in ipsomet homine adductis, omnibusque atomis rerum vniuersarum, istq; vniuersalitate seu quasi totum vniuersum hoc quantum quantum est, omnis creatura, omninq; atomus creaturæ esset, ita reputatis & intentione constitutis. Hic ergo populus creaturarum vniuersus taliter acceptus, quasi in hominem, ab ipsius hominis intentione transformatus & impersonatus esset ita toto illo sibi appropriato, impersonato in substantia istq; , Homo Quater sanctam quaternitatem amat Toto se. Fundamentum huius sensus est. Quia Deus est omnium creaturarum autor, pater, fons, cui omnes creaturæ dicunt. Pater noster qui es in caelis. Ipse



lis. Ipse fecit nos. &c. & per hoc omnes creaturas, in ipso omnes vnum sunt, & inter sese quasi fratres atq; sorores sunt: & omnes creaturæ, quasi vna creatura sunt: specialiterq; Homo cum omnibus creaturis, veluti vnum quid est: quia omnium creaturarum compendium est: idcirco habet fundamentum homo rationale, ob quod se omnibus, & in se omnes creaturas vnire imperfonareq; potest, omnibus illarum omnium substantijs, partib; actibus, passionibus, atomis, conditionibus, veluti suis, veluti in se translatis transsubstantiatisq; intentione suæ voluntatis. Maxime cum etiam Homo vniuersi finis sit, & princeps, & caput: eiq; incumbat pro omnibus præcipue irrationalibus creaturis Deo, laudem, amorem, obsequium præstare Electosq; Dei venerari &c. 3. Intelligitur etiam sub voce Toto me. ipsa quater sancta quaternitas, potissimum autem Sanctissima Trinitas vnus Deus, in quo & omnis creatura & Homo est vnum quiddam: & quidem idealiter ipsemet Deus est. efficienter autem ab ipso, & ex ipso, & per ipsum est. Finaliter verò propter ipsum, & in ipsum est. proinde merito se vnicum Deo, & vnum quid cum ipso existimare, atq; agentem se, Deum agentem in se, atq; per se existimare imò facere potest. Vt omittam alias vnionis vnitatisq; rationes ac modos Hominis cum Deo, Deiq; cum Homine. Atq; hic etiam desidero vel obiter à lectore animaduerti, quanta, quam exaggerata & quam immensa sit. in hoc istius etiam, voculæ Toto me, sensu fecunditas ad merendum. quam cuiuslibet discutiendam relinquo.

4. Volo tibi: quibus oculis intelligitur omne genus volitionum, intentionum, affectionumque, quarum homo totus totalitate iam modo explicata capax etiam est, possibiliter atq; æternaliter.

5. Volo Tibi. Omnia Digna Te. quidquid mirum dignum est Sanctissima Trinitate. Deo Homine Pretiosissima Parente, omnibus & singulis

Dei eis-

Dei electis: per quidquid honorari idoneè possunt siue internum, siue externum, siue præteritum siue præsens, siue futurum, siue possibile: siue à Deo, siue à Christo, siue ab omnibus Sanctis Electisq; siue à quibuscunq; creaturis pro nunc & pro omni æternitate. siue sit actus notitiæ naturalis, siue sit actus notitiæ fidei supernaturalis, siue actus visionis beatificæ, siue actus affectusq; amoris, siue adorationis, siue Dignificationis, siue gratitudinis, siue laudis, siue timoris, siue reuerentiæ, siue spei, siue charitatis, siue inuocationis, siue fiducie, siue cuiuscunq; possibilis actuè existentis in Omni differentia durationis. Dum modo digna sit referri voluntate in Deum Trinitatem, in Deū Hominem, in eius Matrem, in electos eius.

6. Volo tibi omnia digna te Dignè te. Quod additur idè: quia nos creaturæ & præcipuè homines multa volumus agimusq;, quæ sunt quidem Deo digna & eius Sanctis, ex seipsis, non semper tamen sunt digna ex modo operandi tepido, remisso, negligenti. de quo supra satis. Ergo apponitur Dignè Te. vt huic obuietur malo, apponatur autem & includatur omnis perfectio agendi, possibilis adhiberi ab Homine ipso, ab omni creatura, ab omnibus Electis & Beatis, à Beatissima Dei Matre, à Christo Domino, & ab ipsa Sanctissima Trinitate. Dignum est enim omnia Digna ita Dignè agere atque velle, Quater-sancto quaternioni.

7. Quæ in secundo paradi-gmate posita sunt, ex dictis intelliguntur. illud solum aduertendum, in eo paradi-gmate intendi quouis opere hæc. 1. Dispositionem condignam (meritumque eius apud Deum) ad celebrandum Sanctissimum Missæ Sacrificium, itemq; ad recipiendum, tam pœnitentiæ, quam Eucharistiæ, quam omne aliud cuius sit homo capax, & in specie, Extremæ Vnctionis Sacramentum. 2. Dispositionem ad Gratias potissimum actuales oportunas, assiduas, efficaces, finales. 3. Ad



les. 3. Ad gloriam beatificam merendam augendamq; 4. Ad adorationem, laudem, exaltationemq; Trinitatis, Dei Hominis. Pretiosissimæ Parentis. Electorum. 5. Ad gratiarum actionem pro omnibus beneficijs, in me, in omnem creaturam totius Quaternitatis quater sanctæ. 6. Ad merendum augmentum Gratia Sanctificantis, charitatis, donorum, fructuumq; Spiritus Sancti, virtutum & earum perfectionis. Remissionem peccatorum tam quoad culpam, quam quoad pœnam omnem, in specie spiritualem. 7. Ad impetrandum omnia bona naturæ, gratiæ, gloriæ, mihi, omniq; creaturæ prout congruit illi, prout quater sanctæ quaternitas scit, potest, vult. 8. Ad satisfaciendū pro pœnis peccatorum tam meorū quàm aliorum, quàm Animarum in purgatorio. ac in specie ad expiandas auertendasq; pœnas spirituales, quibus in hac vita nullæ formidabiliores Animæ piæ, esse debent.

Explicatis hunc in modū prædictis paradigmatis, non solum explicatæ manent superiores præces, atq; etiam (si fortè addentur) sequentes: verum etiam euidenter elucescit compendiositatis huius immensa sæcunditas. Quare etsi omnib; Dei seruis, Deo quàm maximè quàmq; citissimè placere, in eiusq; laude gratia & gloria copiosissimè proficere volentibus, vsus præcium harum commendatus esse debet. Senibus tamen atq; senescentibus, aut quomodolibet aliter ad metam finemque vitæ properantibus, debet esse quàm commendatissimus. Ita vt qui saluis eorum viribus externis sit in omni sua actione, passione, commotione, in omni rerum circa se positarum mutatione, adiunctione respectuq; , velint & intendant elici actum aliquem ex prædictis: vt omnium momentorum, atomorum, mutationum ab ipsis, & circa ipsos euentientium sit hæc vox ex ipsorum intentione. Quater sancte quaternio, toto te, toto me, amo te. &c.

Quater-



Quater sanctæ quaternitati toto me gloriam do. &c. aliudue quid in eum modum. enitendo & intendendo hoc conatu, tum supplere præteritæ vitæ negligentias & omissiones, tum præsentium suarum operationum fœcundare efficacias merendiq; condignitates, Deum verò sanctos omnes laudandi ac demerendi diligentias & frequentationes.

Aduertendum hoc ipso modo posse Litanias dici. verbi gratia. Sanctissima Trinitas vnus Deus volo tibi digna te dignè te. Sancta Maria. Volo tibi digna te dignè te. Sancte Petre. Volo tibi omnia digna te dignè tibi. Item posse proprias fieri humiliactiones. propter auaritiam meam. brutitatem carnalitem. &c. Volo mihi omnia digna me dignè me.

## Prouisio IV.

*De Multiplicatione Meritoriarum  
Actionum, etiamsi vna tantum  
actio agi videatur.*

**P**Oterat quidem hæc prouisio quarta subnecti præcedenti, verum ne in multam longitudinè excrescat, consultius videtur per eam constituere separatam prouisionem, ad cuius expositionem, intellectionem & vsum commodiorem, commodum erit quædam præmittere.

Sciendum igitur 1. Hominis actiones triplices esse. 1. Purè internas. 2. Purè externas. 3. Ex vtriusq; compositas. Verbi gratia. Intellectio. Volitio purè interna est, imò & immaterialis ex se. Visio. auditio. ambulatio. est purè externa etiam ex se. Locutio est composita ex uerbis Mentis & oris. Et harum triplicium actionum, aliæ sunt Humanæ, aliæ Hominis. Humanæ sunt, quæ & ab Homine & à

ne & à sciente volenteq; & in finem directæ fiunt. Hominis tantum sunt, quæ ab homine fiunt, sed nõ humano modo, hoc est non à sciente voluntate prudente, nec in finem intentum ab eo aguntur.

Sciendum 2. Homines ordinariè loquendo, vix illas operari operationes vel purè internas, vel pure externas, sed vt plurimum compositas. Verbi gratia. Intellectio hominis nunquam fit purè à solo intellectu, sed necesse est eum phantasmata materialia speculari eaq; à sensib; externis desumpta. pariter & externa actio vix vnquam solitariè externa est, sed habet adiunctam interiorem, minimum phantasia operationem.

Sciendum. 3. Homines non solere, imò forte nec posse operari vnã tantum operationem, & per vnus solius partis aut potentia vsus, sed semper per plures, siue cooperantes, siue concomitantes in operando. v. g. quando Homo cum homine loquitur, operatur mente conceptus seu verba mentis, operatur & phantasmata quæ speculari mente, operatur ore, lingua, faucibus, gutture verba articulata sonumq; , quibus exterius conceptus internos, mentisq; verba manifestat, operatur visceribus, lateribus, pectore, arteriâ quæ vocatur aspera, quibus omnibus halitus seu spiritus ad os loquens trahitur, & per linguam ad fauces dentesq; alliditur, operatur saliuâ seu humore faucium, operatur motu labrorum, labiorum maxillarum, mentis. Insuper loquendo concomitanter videt aut flet, dolet, gemit, singultit, gaudet, irascitur, fremit, minatur, blanditur ambulat pedibus, mouet brachia, manus, manibusq; aliquid rei, sedet, stat, aspicit hæc & illa huc atq; illuc, audit, odoratur &c. quo fit vt cum homo vnã per se actionem agit, plurimas simul peragat concomitanter, & fermè præter intentionem, voluntatem, aduertentiam, & finem; ideòq; etiam passim sine merito supernaturali, otiosè, cum iactura, & damno meriti, gratia, gloria, & aliorum bonorum. F Bonp



Bonus negotiator, & avarus spiritualis mercator, qui compendia cœlestium thesaurorum vndequaq; corradit, hæc sibi damna minimè permittet, sed potius ex eis lucrum spiritualium diuitiarum, quàm maximè multiplex magnūq; corradet, quod quidem faciet, multiplex ratione, ac inter cæteras tali.

1. Quoniam vti vidimus ferè semper homo vnâ actionem per se, alias autem interim simul, vel illius gratiâ vt pote comministras & potentiarum cooperatricum opera, vel concomitanter & incidenter operatur. 2. Idcirco, si nullam otiosam, omnè verò sibi fructuosam esse volet. Actioni quidem, quam per se facit, adiunget etiam finem per se, illi ipsi actioni debitum, tum etiam finem ab extra aduenientem, quo ad supernaturalem mensuram, ordinemq; ac meritum eleuetur. v. g. Si Horas canonicas dicet, dicendo intendat Deum laudare, officio suo satisfacere, impetrare aliquid Ecclesiæ, sibi, alijs, satis etiam facere pro suis vel aliorum peccatis. Actiones verò reliquas adiunctas recitationi officij, puta standi, inambulandi, flectendi, aspiciendi, respirandi, audiendi, tangendi, manus, aliaue membra mouendi, per eademq; sentiendi, vestias, àeris, rerumq; aliarum circumiacentium agitando, insuperq; etiam aliquid fortè patiendi, &c. offeret intentione voluntatis præuiâ, vel coniunctâ, ad alios fines, perinde bonos, supernaturales, Deo gratos, laudis, & adorationis, & amoris, & gratitudinis Dei, &c. pro bona sua voluntate. Quo fiet, vt non sola illi recitatio Horarum canonicarū fructuosa multipliciter fiat, verùm etiam ex omnibus adiunctis, recensitisq; actionibus, fructum, lucrumq; bonum ac Deo gratum decerpat, quanto Spiritualium diuitiarum incremento? res ipsa loquitur.

Pari ratione, si cibum corporalem sumet, summionem eius in finem intrinsecum, reparandi vires cor-



res corporis. & extrinsecum, ad Dei gloriam obsequiumq; ad sustinendos peragendosq; labores ex officio, vel charitate in bonum animæ propriæ aut alienæ sibi incumbentes offeret; potro actiones adiunctas comestioni; V. G. gustandi, saporandi, mandendi, videndi, audiendi, manus; os, labia, palatum, fauces, guttur, viscera mouendi, instrumentis comestionis vtendi, alijsq; seu potentijs ac membris, seu rebus adiacentibus vtendi, peragere intender, req; ipsa peraget ad alios pariter honestos & sanctos fines, pro libitu suo, omnes aut singulas, haud dubie cum ingenti suo spiritali commodo.

Quæ ratio agendi & viuendi omnibus quidem hominibus commendata & visitata esse debet: at specialiter ijs, qui ad metas viuendi se positos videt, & in decursu vitæ, siue præteritas negligentias supplere, siue copiosa lucra spiritalia conquirere, æternæq; beatitudini sese quàm maximè aptare, ac demum Diuinis oculis acceptissimos præbere concupiscunt. Eius rei paradigma huiusmodi esto.

Quater-Sancta quaternitas. propter tuam Gratiam & gloriam, ego intendo omnibus actionibus meis, principalibus, & per se à me faciendis, iuxta statum meum vel officium, vel oblatum euentum, intendere & sectari finem carum innatum, insuperq; supernaturalem, atq; ita semper manere ijs integrum. Actiones autem accessorias & comitantes omnes & singulas applico, imò per eas elicere intendo, actum qui sequitur, vel omnem vel aliquem.

Quater-Sancte quaternio Toto Te, toto me, te te vniuersa, totis atomis vniuersi vniuersalitatatis, amo, æstimo, exalto te; volo tibi omnia digna Te, dignè te. mihi autem volo omnia abiectissima & vilissima digna me, dignè me. Vel.

Quater-Sancte quaternio &c. toto te, toto me. amo te, tibi gloriam do, vanitatem do diabolo, mihi nihil, confusionem & infernum reseruo: omnia ad glori-

ad gratiam, ad gloriam, ad adorationem, ad gratiarum actionem, ad impetrationem, ad satisfactionem, ad meritum, ad sacrificium, ad Sacramentum perfectissimè & feruentissimè agere & pati volo. In calicibus ignis Seraphici. Mariani Theandrici. in Iesu Christi sanguine. Adiuua me, adiuua. Nihil enim mihi sum sine Te. Vel.

Toto me semper & ubiq; sit Laudatum Sanctissimum Sacramentum, quod ego semper & ubique Lareuticè adoro, desidero, recipio toto me: deq; eius dignitate & dignatione exulto toto me. usq; ad eius consecrationem & sumptionem disponi, per omnes actiones & passiones meas, meritis & sanguini Iesu Christi vnitas, desidero, peto, propono, Totome. Vel.

Quater-Sancta quaternitas, toto me amo te &c. adiuua animas in purgatorio, & me in N. N. officio, actione, occasione, negotio. vel hunc illumue proximum. &c. Vel.

Sanctissima Trinitas vnus Deus, tuas Diuinas ad intra & extra, Iesu Christi erga te, erga se, erga nos, Pretiosissimæ Parentis, omniumq; Electorum tuorum intentiones, intentionumq; sublimitates, omnes, & quæ ego vnquam bona benè volui, volo nunc, & rata habeo: quæ verò vnquam mala malè volui, nolo, irrita habeo. Toto me, semel pro semper, in omnimoda proportione formalitatis & feruoris ad gustum Quater-Sanctæ quaternitatis in me, & meum in Eâ, saginandum. deuotionemque explendam, vsq; & vsq; in æternitatem.

Hæ similesq; praxes & paradigma iam ex dictis nota sunt, possunt verò in memoria facile desigi, si crebrius vsurpentur, quomodo si memoriâ teneantur non difficulter, intentione, & proposito voluntatis, ratificari, intendi, reassumi repetiq; & exerceri possunt, quibuslibet actionibus, ad eas repetendas exercendasue, intentione applicatis.

Potest etiam actionum illarum omnium, tam

per se



per se quàm concomitanter exercitarum talis esse  
usus, vt per omnes singulasq; illarum actio aliqua  
toties totiesq; repetatur seu peragatur, quot actio-  
nes iam dictæ aguntur repetuntur uè. Expli gratia.

Sacrum quis facit (siue audit) præter actionem  
illam, quæ propriè sacrum perficit, omnibus quoq;  
reliquis actionibus comitantibus per intentionem  
& applicationem voluntatis nostræ, Sacrum quoq;  
fieri & repeti toties potest, quot ipsæ actiones esse  
inueniuntur. Item.

Recitat quis hymnum V. G. Te Deum laudamus.  
potest eum non tantum ore, memoria, corde, vo-  
luntate recitare, verùm etiam ambulatione, aut  
flexione, aut sessione, aut expansione brachiorum,  
aut mortificatione externa interim susceptâ, aut  
omnibus actionibus eidem insertis, aut oculorum  
visu, manuum motu, vestium, totius corporis, òni-  
umq; membrorum & partium, & potentiarum &  
circumstantiarum mutatione. &c. &c. ita vt quot  
numero eiusmodi actiones sunt, totidem numero  
vicibus Te Deum laudamus recitatum, Deusque  
laudatus sit. Item.

Conferat se aliquis ad dormiendum: si dormi-  
tionem suam ita præuia intentione formet, vt Deum  
laudare (alium uè actum erga Deum exercere) in-  
tendat tum dormitione sua, tum omnibus corpo-  
ris & animæ actionibus inter dormiendum agen-  
dis, in Dei laudem ferri, aut Te Deum laudamus  
hymnum repetere, toties coram Deo hymnum di-  
ctum repetet, Deumq; laudabit, quot actus erunt  
dormientis. Imò si hoc intenderit agere Toto se,  
in latitudine verborum istorum aliàs explicatâ, tot  
vicibus laudabit Deum, hymnumq; repetet, quot  
seu res, seu actiones rerum existent, iuxta iam aliàs  
sensum enarratum, & alibi in industrijs fusiùs enu-  
cleatum.

Ex quibus dictis elucescit, primo quidem for-  
canditas & facilitas prouisionis huius, deinde quã-



tum ea esse debent commendata, & in vsum affi-  
dum deducta, ijs præsertim, quibus ob æta-  
tem & vitæ breuitatem redimere  
tempus incumbit.

## Prouisio V.

*Ad thesaurizationem Meritorum  
vitæ Passionis Mortis IESU Chri-  
sti, itemq; Pretiosissimæ eius Pa-  
rentis, & deniq; omnium  
Iustorum.*

*Psal: 88. 5.  
& sequi:*

**E**Xpendens Sapientissimus Dauid suam & cuiuslibet hominis coram Domino Deo suo, & consequenter in veritate rei, opulentiam, hunc in modum tandem de illa pronunciauit. Locutus sum in lingua mea. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos. & substantia mea, tanquam nihilum ante te: Verumtamen Vniuersa Vanitas, omnis Homo viuens: verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur, thesaurizat & ignorat cui congregabit ea. Grauißima certè & exaggeratissima exaggeratio atq; descriptio miseræ, mendicitatis, vanitatis, vilæ, stultitiæ & ignorantie humanæ. Nam quid miserabilius, quàm dies mensurabiles & eos quidem incognitos habere? quid vanius, quàm vniuersam vanitatem esse? quid mendicius, & egentius, quàm nihili ipsius substantiam, quàm nihilum substantiæ possidere? quid vilius, quàm in imagine, in vmbre similitudine, non stare, sed pertransire? quid stultius, quàm frustra conturbari? quid ignorantius, quàm thesauri-*

thesaurizare vanitatem, vmbra, nihilum, & in-  
 super ignorare cui frustra labores & sudas? Ea pro-  
 pter optimè sapientissimèque ibidem idem David  
 subiungit, cum ait. *Et nunc quæ est expectatio mea?*  
 Nonne Dominus? *Et substantia mea apud te est.*  
 Hoc quippe secundum omnem rationem consultis-  
 simum est: cum ipse ex te, sis vilissimus; vanissi-  
 mus, atq; adeo *vniversa vanitas*, tuâq; tota substan-  
 tia, tanquam nihilum sit coram ipso met Deo, qui  
 falli fallereq; in iudicio & decreto suo non potest:  
 à semet, quidem ipso prorsus abscedere, & omnem  
 spem auellere, trāsferre autem illam omnem ad v-  
 num Deum, & apud ipsum, imò in illo ipso substan-  
 tiam suam omnem collocare, apud ipsum thesau-  
 ros omnes reperire, ex illo ipso eisdem coaceruare,  
 illum ipsum, substantiam suam omnem reputare,  
 inuenire, facere, habere? Tunc enim reuera desi-  
 nit homo nihilum esse, tunc vniversam exiit vani-  
 tatem, tunc annos æternos possidet, tunc thesauri-  
 zat, tunc congregat, & non ignorat cui congreget  
 ea, sed est in Deum diues, sed est in Deo diues. sed  
 est Deo diues. sine quo, omnis diues est miser &  
 pauper, quo vno & solo, omnis (esto cætera pau-  
 perrimus) est supra omnem modum diues, neque  
 est finis thesaurorum eius.

*Psal: 38. 8.*

Et hoc quidem quod præmissi extra omnem du-  
 bietatem est: in his verò fundata explicanda sunt  
 aliqua, vt demùm id quod in titulo propòsitum est  
 prouisionis huius enarretur.

Sciendum igitur 1. est. quoniam sint thesauri  
 Dei? & hos enumerasse satis est. Primus ergo òni-  
 um thesaurus Dei, est ipse Deus, quo thesauro cer-  
 tius, veriùs, pleniùs, ditiùs, sincerius, nihil est, ni-  
 hil esse, nihil cogitari, nihil desiderari potest. 2.  
 Thesaurus Dei sunt (loquendo iuxta modum no-  
 strum, quo de Diuinis & Deo, cogitare loquiq; pos-  
 sumus ac solemus) sunt inquam omnes perfectio-  
 nes omniaq; attributa Dei: quorum cognitio &



comprehensio plena est omni creaturæ impossibili, aliquorum autem est ambienda & desideranda curandaq; participatio & possessio, aliquorum veneratio nobis incumbit, sed usurpatio aut possessio participatione, in hac præterita vita, nequaquam charitatem, miserationem, mansuetudinem, patientiam, longanimitatem, mansuetudinem, iustitiam, veritatem ac veracitatem, benignitatem, rectitudinem, aliaq; huiusmodi, possumus & debemus, quam studiosissimè amare, conquirete, æmulari, coaceruare: dicente Filio ipso DEI. *Esote perfecti sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Et eodem. *Dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et. Et sitis Filij Patris vestri qui in cælis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Hos thesauros Dei, quanto auarius & copiosius conquirimus, corradimusq;, tanto Deo ditiores & simul gratiores sumus. Hæc porrò thesaurizatio peragitur assiduo & heroico virtutum exercitio, de quo in præsentia non plura, quemadmodum etiam de aliorum Dei attributorum & perfectionum thesaurizatione, non tentanda à nobis, hac, & pro hac salutem vita, nihil etiam addendum videtur: quia & per se res nota est, & scriptura monet. *Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Qui scrutator est Maiestatis opprimetur à gloria, & deniq; vel folius Luciferi de cælo casus, satis superq; ad deterrendum est.*

*Eccl. 3. 22.*

*Prou. 25. 27.*

3. Sunt thesauri Dei omnia creata & omnis creatura, sed erudiente nos Euangelio nouimus eiusmodi thesauros tunc optimè thesaurizari à nobis, quando maximè negliguntur dissipanturq; à nobis propter Dei placitum & propter Filij Dei exemplū dicente ipsemet Domino. *Si vis perfectus esse, vende, vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cælo.*

4. Ad thesauros etiam Dei pertinent omnia bona spiri-



na spiritualia, quæ bona quidem nostra sunt, & bonos nos coram Deo faciunt, Dei tamen propriissima dona sunt, nosq; debitores coram ipso constituunt, tanto obligatiores. quanto ex talibus donis videmur locupletiores, atq; hic iam quaritur inter eiusmodi possessores, vel potius vt loquitur Apostolus inter dispensatores, *vt fidelis quis inueniatur.* Tales thesauri sunt. Gratia Dei sanctificans, & filium, amicum hæredemq; Dei ex quouis nostrum, si eâ potimur constituens. Virtutes omnes principi & animatrici suæ charitati copulata. Dona Spiritus Sancti, & fructus eiusdem aliæq; diuisiones gratiarum: tum etiam gratiæ actuales omnis generis, at imprimis efficaces & finales. Beatitudo deniq; ipsa, quanta est caelestis, æternæq; vitæ Hæreditas, quæ promittitur nobis & ad quam omnibus Dei gratijs prouidentisq; disponimur. Iuxta illud. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum,* salutis nempe, perfectionis & beatitudinis. At de horum thesaurorum Diuinorum coaceruatione, in præsentiali quodam dicere, neq; liber, neq; necesse est. Constat siquidem omnibus Dei famulis, ad huiusmodi thesauros eongregandos totâ vitâ, totis viribus, toto corde, totâ mente connitendum esse. non ergo hic morandum sed ad alia procedendum nobis est.

5. Deus inter suos thesauros connumerat Animas omnes præsertim verò iustorum. De omnibus promiscuè dictum illud accipe Diuinum: *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Quanti hûc Animarum thesaurum æstimet, quantum eum desiderat sibi perpetuo crescere: nimium satis declarat, beneficium Redemptionis, totaq; Oeconomia Incarnationis Dominicæ: quam quidē rem Christus ineffabilem vel ipsi sibi visus est declarasse, quando Nicodemo dixit. *Sic enim DEVS dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Sc. Lucas hoc ipsum Mysterium vocauit *Excessum.* Consensit & Paulus eidem. Vocans illud. *Nimiam*

1. Cor. 4. 2.

Rom: 8. 28.

Ierem: 15. 19

Ioan: 3. 16.

Luc: 9. 31.

Epb: 2. 4.

- charitatem. Petrus autem id ipsum exaggeratè volens explicare Animabus omnium hominum: *omne aurum, omne argentum, omneq; pretiosum reiecit.* Neq; minus est exaggeratum illud Domini nostri dictum de pretio Animæ vel vnice. *Quid prodest homini, si vnuerfum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiat. aut quam commutacionem dabit homo pro anima sua?* Est ergo supra modum pretiosus thesaurus Dei, Animarum salus, & perfectio; quem à iustis coaceruari, inq; Dei tabernacula & officinas comportari, quem admodum est Deo gratissimum, ita iustis ipsis eius thesauri comportatoribus est summè proficuum, & ad Spirituales cælestesq; diuitias cumulandas & constituendas maximè idoneum. secundum illud Prophetæ. *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et qui ad iustitiam erudunt multos, quasi stella in perpetuum aternitates.* à quo sensu non recedit etiam Christus Dominus cum dicit, *quod qui ser-uauerit vel vnum de mandatis Dei minimis, Et docuerit etiam sic homines, hic magnus vocabitur in regno cælorum: nec tantum in regno cælorum, Beatorū domicilio æterno: in quo eruditores ac zelatores Animarum speciali fulgent laureolâ, sed etiam in hoc regno cælorū, quod est militans Ecclesia Christi in qua vnusquisq; ad iustitiam erudiens animas hominum, vas electionis est christo Domino ad portandum nomen eius prædicandumq; sicut de vno talium dixit Dominus. Quamuis autem hæc ita se habeant, in præsentia tamen prouisione, non istam thesaurizationem, sed aliam quandam suadere intendimus super est itaq; apud Deum nostrum, vnum quoddam genus Thesauri, Meritorum scilicet Christi Domini Nostri, quos ille, tanquam Deus Homo acquisiuit totâ suâ vita, Passione & morte, acquisiuit autem in suam quidem & Patris æterni gloriam, in Nostri autem omnium salutem, opulentiam & beatitudinem. Qui meritorum Christi thesaurus est per-*



est per omnia infinitus, inexhaustus, immensus, sufficiens non ad vnus tantum mundi, sed ad omni-um possibilitium Deo mundorum, saluationem, ditionem, beatificationem. Qui thesaurus, non in hoc tantum est mirabilis, quod in se infinitus sit, quodq; nostra omnia bona spiritus & gratia & beatitudinis ex eo sint: quodq; æternam Patrem, Beatificatorem, & æternam vitam, Hæreditatem, Mercedemq; faciant: sed præterea hoc insuper nobis præstant, ut nostra opera quæcunq; (in Christo duntaxat facta) valorem etiam meritorium, vimque & pretium merendi obtineant coram Deo, ex Iustitia, ob nostrorum operum cum Christo eiusq; gratia ac meritis coniunctionem. ita ut operibus nostris quibuscunq; legitime factis, debeatur corona iustitiæ, merces gratia, præmiumq; vitæ æternæ. Præterea, hoc etiam Christi Domini merita, valore & dignitate sua, meritis nostris conferunt valoris, & efficaciam dignitatiscq; ut non tantum ipsis nobis, quorum proprie sunt personaliter, merita, operaq; meritoria profunt, sed alijs etiam proximis nostris, tam in hac, quam in illa altera vitâ, (modo capaces sint) proficua sint, siue impetratoriæ, siue satisfactoriæ. Ex quo fit, ut ad Christi Domini thesaurum meritorum, adiungantur, & suo, & magis etiam Christi ipsiusmet iure, merita etiam omnium Sanctorum & Beatorum eius, puta, Pretiosissimæ Christi Matris Virginisq; Mariæ, & reliquorum Beatorum, imò & viuentium Iustorum. dicente Dauide. *Particeps ego sum omnium timentium te Domine & custodientium mandata tua.* reliquaq; scripturâ passim attestante. Meritis & precibus & iustitiis Sanctorum protegi & iuari homines coram Deo, tum ad obtinenda beneficia, tum ad eleuanda iræ flagella omnis generis.

Hoc ergo thesauro meritorum Christi & Sanctorum eius, apud Deum nostrum inuento & comper-  
so, ad omnes quidem homines opum celestium  
indigos,



indigos, pertinet, totâ possibili diligentia, & (ut sic loquar) auaritiâ, thesaurum hunc ad suam possessionem vsusq; deriuare, eoq; sese quàm copiosissimè ditare, sine dubio tamen hæc cura, atq; auaritia inexplabilis, quàm propriissimè pertinet ad eos, quorum vita declinat, & ad exitum (in quo omnis diligentia velit nolit cessabit) appropinquat.

*Heb. 10. 25.* Monente Apostolo, ut non *deseramus collectionem nostram*, sicut consuetudinis est quibusdam, sed cõsolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem mortis.

Quis porrò modus esse possit hauriendi ex hoc Christi Electorumq; eius meritorio thesauro, eumque in diuitias suas & possessionem quàm copiosissimè ac simul compendiosissimè deriuandi, iam hoc loco explicandum est. cum hoc sit præcipuum Prouisionis huius intentum in eius titulo indicatum. Aduertendum verò est Christi Domini nostri vsus (suoq; modo etiam Electorũ eius) multiplicem nobis esse posse, sicuti etiam multa, imò omnia nobis est Christus Deus noster. Possumus enim uti illo tanquam Deo creaturæ, tanquam Domino serui, tanquam Patre, filij; tanquam Principe, subditi tanquam medico ægri, tanquam Pastore ouiculæ, tanquam Doctore discipuli, tanquam Imperatore, milites, tanquam Duce errantes; tanquam capite membra tanquam vite palmites, tanquam mediatore reconciliandi, tanquam Aduocato debitores, tanquam Fideiussore obligati, tanquam Sacerdote & Sacrificio plebes, tanquam Fratre fratres, tanquam Amico amici, tanquam Sponso sponsæ, tanquam iudice rei; tanquam misericorde miseri; tanquam vitæ mortui. & alijs infinitis penè modis Christũ Dominum vsurpare, in rem nostram possumus: quoniã omnia nobis est Christus, sed hoc in præsentibus non agimus. Tantum enim strictè thesaurum eius substantiam nobis hauriendam destinamus, &c.

mus, & modos id præstandi querimus. quos varios esse posse certum est.

Primus, isq; fundamentalis est. esse Implantatum in Christum inustumq; in eo, sicut palmitem in vite, indutum Christo, sepultum in ipso, renatum in ipso, renouatum, manentem, reformatum in eodem. quod fit in Baptismo Christi suscepto, & per Fidem, Spem, Charitatem atq; Gratiâ eius. quibus omnibus, moritur in nobis vetus homo, destruiturq; corpus peccati, renascitur autem in nobis Christus, nolq; in Christo, accipientes ab eo & ex eo, potestatem filios Dei fieri, sicut & ipse est Filius Dei, etsi ille per naturam, nos per adoptionis gratiam.

Hoc fundamento regenerationis & institutionis Nostri in Christo supposito: incumbit nobis crescere in Christo, vsq; in vitum perfectum; neque verò qualitercunq; perfectum, *sed vsq; ad mensuram* *Eph. 4. 13.* *atatis plenitudinis Christi, veritatem facientes in charitate, crescentesq; in illo per omnia, qui est caput Christi.* *Ibid: 15.* Istud autem crescere in mensuram plenitudinis Christi, hoc sine dubio est, quod in præsentem indagamus, asserimusq; nempè ad quam maximam Christi similitudinem conscendere, per morum eius imitationem, doctrinâq; ac voluntatis eius executionem, & per meritorum eius, quam copiosissimam in animarum nostrarum bonum derivationem.

Primus ergo modus in Christo crescere & ex Christo dicari (& idem cum proportione de Sanctis atq; ex Sanctis Dei dicendum est: quoniam non nisi ex Christo, & in Christo, & per Christum, illi nobis proficui sunt) primus inquam modus est. Fide in Christum perpetuo viuere, perpetuo opera fidei, & opera fidei imbuta facere, Fidem in Christum in sese radicare, firmare, stabilire, vitæ, sanguini, bonis omnibus præferre. Fidem Christi & in Christum, sibi familiarissimam, sapidissimam, pretiosissimam, admirabilem, saluberrimam, viuacissimam



*Matt: 12. 50.*

*1. Cor. 4. 15.*

cissimam vitalissimamq; reddere. idemq; de ea in alijs proximis curare. Sic enim Christi erimus nō tantum *serui, aut amici, aut filij; sed etiam Matres atq; Patres.* prout tam ipse, quā Paulus attestatur.

Pari ratione, secundus ditescendi ex Christi Sanctorumq; eius meritis modus est, per spei fiduciaq; in Christum, & propter eum in eius Sanctos exercitium, & vsum assiduū. omnia nostra faciendo & patiēdo, quæcunq; acciderint, propter spem in Christum, & ex spe, atq; cum spe in Christum. Scientes omne bonum, omnē auxiliū, omne pretium, omne præmium, omne solatiū, omne gaudium nostrū, in Christo, à Christo, & per Christum, & propter Christum esse.

At verò maximè proficiuus, necessariū, indeq; & frequentandus frequentissimè est tertius modus, crescendi ex Christi sanctorumq; illius meritis, per charitatem: per hanc enim fides, per hanc spes, per hanc omnis virtus, omnisq; gratia, operari debet omnia, vt nobis proficua sint omnia. Rotundè siquidem dixit Apostolus. *Sine charitate nihil sum. si charitatem non habuerō, nihil mihi prodest.* Quocirca charitatem Christi sic habere, sic exercere, sic in ea radicari & fundari, sic assidui, sic eā instructi esse debemus, *vt charitate viuamus, charitate spiremus, charitatem operemur, in charitate, ex charitate, propter charitatē, charitate agamus, quidquid agimus, patiamur quidquid patimur, speremus quidquid speramus, credamus quidquid credimus, timeamus quidquid timemus, simus quidquid sumus, vtq; ad eō ipsamet quantum præualemus charitas efficiamur & simus.* Si enim *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet. & qui adheret Deo, vnus spiritus est cum ipso,* quid ni etiam ipse per charitatem Dei atq; Christi, efficiatur charitas ipsa Dei atque Christi? Quocirca maximum & præcipuum medium ex Christo, & in Christo ditescendi, thesaurorumq; eius immensam congeriem

*1. Cor. 13. 1.*

*Ephes: 3. 17.*

*Col: 2. 2.*

*1. Ioan: 4. 8.*

16.

*1. Cor: 6. 17.*

em aggre-



rem aggregandi, est exercitium assiduum charitatis Christi, seu charitatis erga Christum & propter Christum. Omnia enim reliqua nostra, in dō & Diuina bona, in tantum nobis de Christo deriuant, in quantum charitati in Christum vnita, charitatēq; formata sunt. propter quod charitas & gratia, & Beatitudo æterna, aut omninō vnum idemq; sunt, in substantia sua; tantumq; secundum esse perfectius vel imperfectius, vel secundum statū differunt, aut ita sibi connexa sunt vt nullatenus separari queant. Itaq; etsi omnes prorsus fideles, præcipuē tamen senectutem ingressi vel ingredienti, illud curare debent Apostoli monitum an præceptum? *Omnia vestra in charitate fiant. & illud. Simus induti lorica[m] fidei, & charitatis, & galeam sp̄s* 1. Cor. 16:14. salutis. Quia verō ista sunt generaliora media deriuandi merita Christi & Sanctorum etiam eius, descendendum est ad prælliora & expressiora, magisq; vicina.

1. Cor. 16:14.

1. Thes: 5: 8.

Sit igitur quartus modus coaceruandi merita Christi Domini, per frequentem, diligentem deuotumq; vsum Sanctissimorum Sacramentorum; Cum enim Sacramenta Christi omnia, sint veluti reconditoria quædam meritorum & sanguinis & gratiæ Christi: quisquis ea ritē, deuotē frequenter vsurpat, merita Christi, is tanquam de gazophylacijs suis haurit, diuitiasq; gratiæ & æternæ vitæ sibi congerit. Hoc verō potissimum fit in duobus Sacramentis, Pœnitentiæ nimirum & Sacratissimæ Eucharistiæ, quorum vsus & maximē necessarius, & ideō frequentandus, quod hoc loco suadendum non est pluribus: sed satis sit dicere, eos qui appropinquant ad metas vitæ Pœnitentiæ Sacramento vti debere, si commodē possint etiā quotidie, & quidem ita, vt non tantum quotidianas expient maculas, sed ita etiam, vt totius vitæ labes tam efficaci lauacro emaculent, possintq; si non perpetuō (id enim hæc vita non patitur)

saltem

Saltem creberrimè vivere absq; vlla coram Deo  
 culpæ, quàm pœnæ, etiam purgatorij, etiamq; spi-  
 ritualis obligatione. Quantum autem ad Sacro-  
 sanctam Eucharistiam; cum ea sit cibus & impin-  
 guatio animarum sanctarum, in eaq; ipsemet fons  
 omnis ac potissimum sanctificantis gratiæ, com-  
 pendioso, sed immenso haustu exhauritur, mani-  
 festum est, consultissimum esse; corpore senescen-  
 tibus, vt Eucharistiam nullo non die sumant, quan-  
 tum fieri potest, quod Sacerdotibus valde prom-  
 ptum est. ad eam porro sumendam, sese quàm ac-  
 curatissimè disponant, eandem quàm deuotissimè  
 sumant, eâ verò sumptâ, tamdiu in deuotionis &  
 virtutum actibus affectibusq; crescant, quàm diu  
 species sacramentales intra sese durare opinari pos-  
 sunt.

5. Quia verò non facîle cuius Communio Sa-  
 cramentalis quotidie extra sacerdotum sacrifici-  
 umq; conuenire potest; Istorum industriæ erit,  
 Sacramentalem communionem Spirituali, non  
 tantum quotidianâ, verùm etiam horariâ, & si pla-  
 cet perq; vires licet, etiam frequentiore, cum de-  
 uotione, & fame compensare, adiuncto etiam ad  
 id vsu Indulgentiæ illis verbis. Sit laudatum San-  
 ctissimum Sacramentum. seu. Laudetur Sanctissi-  
 mum Sacramentum. attributæ, adiuncta insuper  
 intentione. per omnes actiones & passiones, me-  
 ritis Christi Domini Sanctorumq; coniunctas, sese  
 disponendi ad omnes fructus Sanctissimi Sacramen-  
 ti, tam Eucharistiæ, quàm Pœnitentiæ, quàm etiam  
 Sacrosancti sacrificij. cuius rei formula & praxis  
 forsitan esse posset huiusmodi.

Toto me, semper, & vbiq; sit Laudatum San-  
 ctissimum Sacramentum, quod ego semper & vbi-  
 que latreuticè adoro, desidero, recipio, toto me;  
 deq; eius dignitate & dignatione exulto toto me;  
 atq; ad eius consecrationem & sumptionem, di-  
 sponi per omnes actiones, & passiones meas, me-  
 ritis



Titus Christi & Sanctorum vnitas, desidero, peto, propono Toto me. Atq; hic fit quintus modus coaceruandi meritorum Christi Domini diuitias per Spirituales communioniones quam deuotissime frequentatas.

Sit autem modus sextus. Libenter, frequenter, deuotè reuerenterq; Sacratissimum Missæ Sacrificium partim peragere, partim audire, partim meditari, eiq; sic assistere, ac si interesses primæ illi in cœnaculo incuruentæ, & item primæ in crucis altari cruentæ Missæ affectu Apostolico, affectu Parentis Pretiosissimæ, affectu ipsius Christi. A Sacerdotibus enim legis nouæ in Sacrificio quod peragunt, vtrumq; illud ab ipso Christo olim peractum, in eiusdem Christi Personæ, eiusdemq; virtute & potentia repræsentatur, peragitur, repetitur, secundum per primum, seu cruentum per incuruentum. Vt verò in Sacerdotem sacrificantem tanto copiosior fructus meritorumq; thesaurus redundet, ex Sacrificio Missæ, tam ex opere operato, quam ex opere operante, ad cæteras præparaciones suas, remotas proximâsq; hæc etiam adhibebit, vt secundum suam intentionem firmam, crebrâq; repetitione ac ratihabitione stabilitam, per omnes actiones, passiones ac molestias seu mutationes suas, totius vitæ suæ, disponat se, (quod idem est ac disponere intendat) ad condigniores Missæ celebrationem, vberioresq; fructuum ex ea perceptionem, maioremq; meritorum Christi efficaciam in sese deriuandam. Quâ etiam ratione seu intentione & gratiæ post Sacrum agi, & defectus circa Sacrum admissi expiari possunt. prout in hac subiectâ formulâ patet.

Quater Sancte Quaternio, Toto te, toto me,  
Tibi omnes actiones & passiones seu mutationes  
totius vitæ substantiæq; meæ, (imò & omnium quantum  
in me est creaturarum) vnitas actionibus &  
passionibus, & meritis totius vitæ Domini mei Ie-  
su Chri-



sv Christi, in realem, verbalem, cordialem, præteritam, præsentem & futuram, omnimodam, possibilem, infinitam, incessabilem, offero, confecro, dono, trado, sacrifico, Gratiarum actionem, laudem, adorationem, amorem, venerationem, exaltationemq; Tui. Itemq; in præparationem ad futuras Missas & Communiones, & confessiones Sacramentales, item in dispositionem ad gratias õnis sacrificij, Sacramenti, beneplaciti, actuales, habituales, opportunas, efficaces, perseverantes, finales. Item in satisfactionem pro defectibus omnibus quidem, et in specie Missarum & Communionum & Confessionum mearum, pro omnibus meis tam culpæ, quàm pœnæ obligationibus, potissimumq; omnibus pœnis spiritualibus, Item pro animabus in purgatorio. Item pro gratia fervoris in vita & morte, proq; Sancta morte & pro finali in bonitate, sanctitate, perfectione, & Religioso statu, & Societate Iesu perseverantiã.

Huius formulæ vsus esse potest, & aliàs quidem semper, & potissimũ, ante vel post, omne Sacrum. Potest autem esse, apud omnes quidem divitiarum spiritualium amatores, Sacratissimorumq; Sacrificiorum & Sacramentorum cultores, & maximè apud eos, quibus brevis vitæ cursus restat, & ad accumulanda merita dies abbreviati, tempusq; reliquũ modicum superest.

Sit tandem septimus modus, Merita Christi Domini & usurpandi & accumulandi, similiterq; aliorum Beatorum Dei, per quandam imaginationis, intellectuq; & voluntatis, seu intentionis appetitusq; rationalis, meritorum ipsorum, seu Sanguinis Christi apprehensionem, & per hanc animæ nostræ eiusdem applicationem. Docuit nos hunc modum, ipsemet Spiritus Sanctus in Scripturis suis, tum aliàs quidem sæpè, sed maximè ad propositum nostrum præsens congruè apud Isaiam. Vbi canit  
*Ph: 23. 2.* **Propheta.** *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Sal-*  
*uatoris.*

uitoris. Et apud Zachariam, vbi dicitur. *In die illa erit fons patens domui David & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris & menstruata.* Qui enim sunt isti fontes Saluatoris, patentes ad ablutionem, nisi vulnera & sanguis & merita Iesu Christi? quæ in Sacramentis eius deposita, inde hauriuntur ab animabus nostris, partim ministerio Ecclesie, partim deuotione cuiusq; fidelis, siue is sit peccator poenitens, siue iustus proficiens atq; perfectus in via Domini. Hanc ipsam de sanguine seu meritis Christi imaginationem vsurpat Beatus Iohannes in sua Apocalypsi: partim cum ait. *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.* partim cum dicit. *Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ.* &c. Qui idem Apostolus alio loco vocat vestimenti nomine Merita Sanctorum Dei: ait enim. *Datum est illi (spûs Agni, Animæ, seu Ecclesie) vt cooperias se byssino splendenti & candido.* Byssinum enim iustificationes sunt Sanctorum. Eadem nomine Incensi, Aromatum, Odoramentorumq; idem Apostolus appellat. dicens. *Data sunt (Angelo) incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.* altare autem hoc, est Christus. Et ascendit fumus incensorum de orationibus (& meritis similiter) Sanctorum, de manu Angeli. sub simili Allegoria, idem Apostolus Sanguinem Christi, vocat *Redemptionis nostre pretium*, quando ait. *Redemisti nos Deo in sanguine tuo.* Consentitq; in eadem phrasi Petrus Apostolus dicens. *Scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, de vana vestra conuersatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine, quasi Agni immaculati & incontaminati.* Hæc cum ita sint, licebit consimili ratione nobis, Sanguinem meritaq; Christi Domini, quin & Sanctorum eius, & apprehendere & vsurpare, inq; profectum nostrum

Zuch: 13. 1.

Apoc: 7. 14.

Apoc: 22. 14.

Apoc: 19. 8.

Apoc: 8. 3.

Apoc. 5. 9.

1. Petri. 1. 18.

Spiritualem & Animarum nostrarum coram Deo  
ditationem ornatumq; conuertere. v. g.

1. Cogitans & animo meo statuens Christum  
eum suis & Electorum suorum meritis, esse fontē  
limpidissimum & largi fluentissimum instar Para-  
disiaci manantis aquas salutis & Sanctitatis, & be-  
atæ vitæ, & omnis gratiæ, virtutis, atq; perfectio-  
nis, imperfonabo me toti vniuerso, imò vniuersis  
atomis vniuersi vniuersalizatis, & sic, Toto me, tot-  
q; faucibus, quot creaturarum atomis, totq; eti-  
am vicibus, quot in tempore & æternitate sunt in-  
stantia, bibam, hauriam, deriuabo, & deducam  
aquas meritorum in Christo contentorum, in cor,  
mentem, voluntatem, animam, substantiam me-  
am, ipsq; replebo, non solum entitatiuam capacita-  
tem meam quocunq; modo realem, sed etiam vel  
ipsam Immensitatem Nihilitatis meæ, atq; mendi-  
catis, quæ ex memetipso est in me, seu, quæ ipse,  
ex me ipso sum prorsus infinita.

2. Cogitans Christum esse vitæ speciosissimam,  
fecundissimam, faciam me, totum, quantus quan-  
tus sum, in atomis meis, & in actionibus passioni-  
busq; seu mutationibus meis omnibus & singulis,  
veluti multiplicem palmitem, atque etiam botris  
quarumlibet actionum mearum oblitum, sicq; ex  
Christo, & eius, nec non ex Sanctorum eius, me-  
ritis; humorem omnimodum traham, & botros  
operum tum producam, tum fecundos, turgidos,  
pretioso Christi & Sanctorum eius vino, faciam;  
gustuiq; mensæ, cellarijs Sanctissimæ Trinitatis, &  
ipsius Christi, & totius curiæ cœlestis adferam, &  
inferam, offeram & propinabo, recondam, & in  
omnem æternitatem reseruabo.

3. Cogitans Christum esse Balneum animarum  
nostrarum, quo & abluimur à sordibus, & omni  
puritate ac decore ornatur, & omnia opera no-  
stra, tum purificantur, tum sublimantur, quotidie,  
sepiusq; in die, & in singulis (quo ad fas erit) spi-  
rationi-



rationibus, commotionibus, ac momentis, Totum me, rotamq; substantiam & entitatem meam actionumq; mearum injiciam in balneum hoc Sacratissimum, & in eo me, omniaq; mea abluam, purificabo, dealbabo, ornabo, sublimabo. Nunquam penitus ex hoc pretioso Christi meritorum balneo egrediens, nunquam me ab eo deficcans, sed semper in eo ad instar pisciculi natans.

4. Cogitans Christum eiusq;, & Sanctorum eius merita, esse ingentem, vastissimam, immensam & inexhaustam Aurifodinam, vero & incorruptibilem auro refertissimam, & sicut omnibus volentibus, ita etiam mihi pauperculo expositam, atq; ad erudendum omnimodas auri coelestis opes, liberaliter concessam; ponam aedificiolum meum in hac fodina. & omnia scriniola, omnes sarcinas meae substantiae, mearum virium, potentiarum, articulo- rum, actionum, & passionum, volitionum & desideriorum, necessitatum, capacitatum & possibilitatum perpetuo implebo, inferciam, cumulabo, iterum iterumq; &c. &c.

Hac & simili ratione possum Dominum meum Iesum Christum, eiusq; ac Sanctorum eius merita cogitare, velut omnifarium quoddam Arsenalis continens omnigenas officinas rebus vsui necessarijs refertissimas. Hic Armamentarium, hic apotheca, hic vestiarius, hic omnis artifex, hic bibliotheca, hic cella vinariae promptuariaq; plena, & eructantia ex hoc in illud. hic (vno verbo) omne bonorum genus coacervatum repositumq; ac simul vti, capereq; volentibus in rem suam expositum. Solus ergo restat hauriendi & in vsum deriuandi vtendique labor. Qui ipse labor, sine labore est, cum in sola voluntate libera, in solo desiderio, in sola intentione atq; cupiditate nostra propemodu, principaliter, certe consistat. Adeo vt quantum desideras, quantum desideria, intentiones, cupiditates, vota; tua dilatas & distendis; tantum capias,

& adhuc infinities infinita supersunt, quæ si velis, si velle velis, eo ipso capias. Itaq; hic mihi tantum licet, quantum liber. Hic non duplicibus, sed mil-  
 lecuplicibus quotidie mutatorijs vestiri induique  
 possum. desumendo, & induendo mihi præter Chri-  
 sti vestimenta, nunc Angelorum, nunc Archange-  
 lorum, nunc Cherubimorum, nunc Seraphimorum,  
 nunc Apostolorum nunc Martyrum &c. &c. nunc  
 huius. N. nunc illius N. nunc illorum N. N. nunc  
 istorum NN. Sancti Sanctorumq;. Idem dico de  
 armatura fortium, quæ hic omnis est. & medica-  
 nali apotheca, quæ hic ad omnes morbos sanandos,  
 ad omnes sanitates tuendas assiduo patet. Sed quia  
 horum finis in enarrando nullus esset, & præstat il-  
 lius vsus, & fructuum finem nullum facere, & præ-  
 sens caput siue prouisio multum in longum proces-  
 sit, oportet vt eius explicandæ (at non præ-  
 dicandæ) tandem finem faciamus.

## Prouisio VI.

*Per Intentionum multiplicationem  
 ad vnum etiam opus.*

**A** pud homines prouerbium est qui vno cane  
 duos simul lepores captat, neutrum capit. Ni-  
 mirum pluribus intentus minor est, ac tandem ne-  
 que sufficit, ad singula sensus. Vnde etiam vulgò  
 ridiculum est, vnâ fidelitâ duos parietes dealbare;  
 aut vnâ pecuniâ, plures simul merces emere, aut  
 vno oculo sursum simul deorsumq; aspicere. Quâ-  
 nis autem hoc ita sit apud homines in curis nego-  
 tiorumq; hominum, siue humanis: paulò tamen aliter  
 est & in negotijs ac negotiationibus Spiritualibus &  
 Diuinis, quas scilicet homines cum Deo, & cum  
 Animabus exercent. Possunt enim Spirituales ne-  
 gotiatores, vnico cane plures simul lepores perse-  
 qui &

qui & capere. possunt vnica pecuniâ, plures simul merces emere. possunt inquam vno aliquo opere suo, debite perfecto, plures simul fructus à Deo consequi, meriti, impetrationis, satisfactionis. possunt plures virtutes exercere, possunt plura bona postulare & impetrare, possunt pro pluribus debitis obligationibusq; simul satisfacere. Ad quod consequendum, sufficit sola intentionum multiplicatio. hæc enim quanta fuerit, & quocunq; se porrexerit imperio & vsu voluntatis humanæ, tanta erit capacitas feracitasq; operis ad plures intentiones à voluntate directi.

Hæc igitur sit vna etiam Senectutis, declinantisq; ad occasum ætatis ac vitæ prouisio: vt siquidem desideret multas vno labore ac tempore conatuq; spirituales opes meritorum tam gratiæ quàm gloriæ conquirere, plurium simul virtutum actus exercere, plura simul postulare & obtinere, plures obligationes exsoluere, plures simul perfectiones operi suo etiam vnico adhibere: det operam, vt per voluntatem suam, plura & plura simul intendat; plurium virtutum motiua, operi suo præfigat: plura promerenda Dei dona designet, plura postulanda siue naturalia & temporalia, siue supernaturalia & spiritualia proponat, plures obligationes explere statuat, pluribus personis religionis honorem, iuxta cuiusq; gradum exhibere desideret, plures perfectiones perfectionumue sublimitates operi vnico annectat: totumq; hoc solius voluntatis suæ efficaciam faciat: & quod desiderat, totum pro latitudine, simulq; feruore & conatu voluntatis (quod deuotionem spirituales vocant) assequatur.

Pluribus hæc doctrina aliàs exposita, quin etiam hic aliquatenus in superioribus enarrata est, & reperere nihil attinet, sufficiet aliquod specimen eiusmodi intentionis multiplicatæ compendiosum asserre hoc loco. Sit ergo huiusmodi.



Sanctissima Trinitas vnus Dignissime Deus : volo ab hoc tempore omnia & singula facere & pati, motuo atq; modo & fine, quo Tu vis, & quia Tu vis, illa & à Te, & à me fieri atq; pati. propter omnium & singulorum mandatorum, consiliorum, beneplacitorumq; Tuorum perfectam adimpletionem : propter virtutum omnium Theologicarum, & Moralium Supernaturalium, naturalium quoq; sed supra naturam eleuatarum, Donorum etiam, Fructuumq; Spiritus Sancti in omni congruo mihi gradu affectionem, exercitationem, incrementum, postulationem ; propter gratiæ sanctificantis gloriæq; beatificæ in me apud Te, propter Te promeritionem, confirmationem, auctiorem : propter instituti, officij, debitiq; omnis meae adæquatam executionem ; propter totius mundi in genere, specie, indiuiduoq; auxilium ; propter omnis pænæ meæ ( nec non & omnis quoad licet alterius creaturæ ) temporalis, spiritualis ac æternæ expiationem ; propter mei ad omne auxilium tuum supernaturale, congruum, & efficax & finale, capaciorem dispositionem : propter quater-sanctæ quaternitatis, hoc est, propter omnium Electorum Hominum & Angelorum, Pretiosissimæ Parentis, Iesu Christi, Tuum honorem & imitationem. Super omnia verò, propter omnimodam tuæ Dignitatis exaltationem : tui gustus recreationem. Tuæ adorandæ voluntatis executionem : Summæ bonitatis dilectionem : mei deniq; in omnibus, & per omnia, vniuersalem annihilationem & vilificationem ; Amen.

Huic praxi atq; formulæ, licebit interferere per otium, & feruorem, specificas virtutes, perfectiones, postulationes, gratias, pœnas, debita, personas, negotia, difficultates, pericula, cæterasq; intentiones : pro quarum expressione & latitudine, simul ac mentis feruore, crescet tam efficacia, quâ sapia consequendi.

Alud.

Aliud paradigma intentionis multiplicis paulò explicatius affero, vt habeatur praxis Intentionis perfectæ, & vt desumi possit, ars veluti quædam spiritualium tum intentionum, tum varietatis earum, tum reflexionum ad perfectiones, sublimitates, purificationesq; mentis & cordis nostri in operando. Sit ergo

Sanctissima Trinitas, vnus Deus, Dominus meus: Ego N. seruus tuus me totum, & totam substantiam meam, ac vitam & omnes actiones passionesq; meas, totius vitæ meæ: in specie autem õnes huius diei, tam ordinarias, quam extra ordinem, impræuisè incidentes, omnes quoq; earum circumstantias: omnibus & singulis specialiter interfectas, adiunctasq; atomos item earum, & momenta, mutationesq; singulas: creaturæ quoq; Tuæ cuiuslibet substantiam, actionem, passionem, mutationem, momentum, atomum, circumstantiam quâlibet, Tibi, pro me, proq; omnibus creaturis mihi impersonatis, offero semel pro sæper ad hoc quidẽ.

1. Principaliter. Vt intentiones, voluntates, gustusq; Tuos Diuinos tam internos quàm externos, etiam quantum ex me, approbem, impleam, honorem, imiter.

2, Vt etiam intentiones Iesu Christi omnes, erga Te, Patrem suum æternum, erga ipsum Se, erga nos habitas, honorem, æmuler, impleam.

3. Tum verò secundariò ad hoc; Vt Tibi Deo Domino meo, pro omnibus, cum omnibus, & per omnes, amorem, laudem, adorationem, exaltationem, obedientiam, timorem, fiduciam, reuerentiam, omnemq; debitam religionem ac deuotionem exhibeam, non exhibitam verò aliquando-cunq; suppleam.

4. Vt gratiam actualem habitualemq;: gloriã item substantialem & accidentalem omnem, maiorem ac maiorem apud Te in cælo promerear: ad eamq; me, omni & in omni meo, & cuiuslibet  
creaturæ

creaturæ actû, quomodocunq; bono, & à me nunc mihi assumpto, specialiter autem in Ecclesiæ ac meo Sacrificio, in omni quoq; Sacramento à me recepto ac recipiendo, promerendam, recipiendâque amplius & amplius disponam: eamq; finaliter, sicut Tu potes, scis, & vis obtineam.

5. Ut iuuem animas tam in peccato, quam in purgatorio positas.

6. Ut impetrem omnia omnibus, quæ Tu Domine potes, scis & vis, nobis creaturis congrua.

7. Ut exaltem imiterq; Iesum Christum, & eius Pretiosissimam Parentem, Sanctosq; omnes.

8. Ut vilificem, mortificem, abnegem, humilitem, perdam me Christi formiter.

9. Ut faciam exhibeamq; propter Te, charitatem, iustitiam, misericordiam, liberalitatem, exemplum, omni meo proximo, etiam ignoto, inimico, & ingrato.

10. Ut retractem, expiem, suppleam omnia mala, omnes neglectus, omnia damna nostra, Tibi Sanctissimo perfectissimoque Deo nostro, quouis modo, in quocunq; ex nobis displicita.

11. Ut gratias agam pro omnibus & singulis beneficijs, gloriæ, gratiæ, naturæ, super nos omnes, & singulas creaturas tuas, à Te profusis.

12. Ut adorandam voluntatem tuam omnem, bonam, beneplacentem & perfectam, expleam; eiq; me perfectè conformem, semper, omnimodè, per omnia, sponsaliter, transformatiuè. Et hoc quidem ad saginandum gustum Tuum Diuinum, millies, millies infinitiesq; maiori proportionaliter glorificatione: cum millies, millies maiori proportionaliter feruore, ac feruentiori exercitatione, cuiuslibet atomi ac momenti super aliud, cuiuslibet actionis atq; passionis super aliam, cuiuslibet circumstantiæ ac mutationis, super aliam. In vniõne ac balneo Pretiosissimi Sanguinis meritorumque Iesu Christi. Pretiosissimæq; eius Patris, Sanctorumq;



Etorumq; omnium triumphantium ac militantium. quia Tu ita vis, & dignus es Deus meus: & quia ita ego debeo velle, voloq; debere Tibi Vni-Trino Deo meo. Propter nullum bonum meum, quatenus meum, sed propter omne bonum Tuum, quatenus Tuum, ad exaltandum Te, iuxta mensuram indignitatis meae: in æternum & ultra: quãdiu Tu Deus eris Deus. Amen.

Occurrit adhuc tertia multiplicis ac fecundæ intentionis p̄axis, quam afferre hoc loco superfluum non erit. partim vt seligere cuiq; liceat, partim vt quod in vna minus explicitum appositumq; sit, apponere ex altera fas sit, partim vt iidem, qui supra ex secunda praxi fructus promissi sunt, ex hac etiam tertia desumi possint. Sit igitur hæc.

Per omnes & singulas actiones & passiones meas, vniuersaliter & incessabiliter, & irretactabiliter Toto me.

1. Intendo vnã, solã, semper, vbique, per omnia momenta maiorem Sanctissimæ Trinitatis Dei nostri gloriam, gustumq; voluntatis & exaltationem Dignitatis eius, propter illum ipsum, per Iesum Christum: iuxta intentiones Dei atq; Christi erga se & erga nos, ad intrã & ad extrã.

2. Intendo exaltationem Domini nostri Iesu Christi, Pretiosissimæ Parentis, omniumq; Electorum, propter Deum per eundem Iesum Christum.

3. Intendo animarum in purgatorio auxilium, quantum ego possum, & illæ capaces sunt iuxta, & propter voluntatem voluptatemq; Dei & Christi, & Pretiosissimæ Parentis Electorumque omnium, iuxta Donum meum.

4. Intendo dispositionem meã omnimodè perfectã ad gratiam & charitatem & Dona Spiritus Sancti eiusq; fructus, & ad omnem virtutem in omni gradu congruo.

5. Intendo dispositionem meã ad gratias actuales omnes, opportunas, copiosas, efficaces, finales,

tam in

tam in Sacrificio, quàm in Sacramento, quàm extra illud in omni actione & passione.

6. Intendo emundationem mei coram Deo, ab omni tam culpæ, quàm pœnæ, præsertim spiritualis obligatione, in Sanguine Iesu Christi Domini nostri.

8. Intendo auxilium agonizantium, & in peccato mortali, & in gravi calamitate eiusq; periculo existentium.

9. Intendo auxilium totius Sanctæ Ecclesiæ militantis, Religionis, Domûs, & omnium meorum, quos Deus scit, & vult, Amicorum & Benefactorum, inimicorum quoq; ac malefactorum.

10. Intendo præparationem mei ad sanctam mortem, ad pœnitentiæ vnctionisq; extremæ Sacramentum, & ad finalē in bono perseverantiam.

11. Intendo deniq; omnem effectum Adoratorium, Laudatorium. Gratiarum actorium, Impetratorium. Satisfactorium. Meritorium. Imitatorium. Suppletorium, Indulgentiarum.

12. Non tamen propter vllum bonum meum, quatenus priuatum meum, sed purè, nudè, totaliter, propter suavissimum gustum Dei.

13. Et omnia, toto me, toto vniuerso, totisq; atomis vniuersi vniuersalizatis, Toto deniq; super omnia Deo meo, vt sit id quod est, & quia est id quod est.

14. In clibano ignis Seraphici, Mariani, Theandrici, in Iesu Christi sanguine. Quia, & Quare & quomodo. Quaternitas quater-sancta.

15. Et volo intendoq; , vt omnis motus meus sit renouatio & ratificatio, huius totius intentionis atq; approbatio illius æterna. Per Christum Dominum nostrum Amen Alleluia.

Harum intentionum (vel alicuius ex eis) vsus & exercitatio, non potest non esse supra modum utilis, & plurimorum in spiritu, & in omni gratia cœlesti profectuum ferax. modo sit & frequens & constans.

constans, & cum intellectu, & cum penetratione atq; ponderatione sensûs, & deuotione dilatationeq; per desideria vastissima, placere & ditescere quàm maximè Deo, cupientis voluntatis. Cùm vero hoc ita sit respectu omnium hominum, certè vel maximè curandum erit, vt ita sit, ijs, & alijs, quorum tempus breue est, quibus dies supersunt pauci & mali, de quibus plerumq; dicant, quia non mihi placent. Talibus enim per vias compendij currendum omninò est, vt in breui, & in paruo, lucerentur quàm maxima, quàm plurima, eademq; æterna.

## Prouisio VII.

*Per Intentionis simplicitatem vnitatemque.*

Proximè diximus prouisionem senescenti, aut aliter quouis modo ad finem appropinquantivitz siue animæ faciendam esse, per cumulationem quàm maximam spiritualium diuitiarum: adhibendo ad eam veluti singulariter secundum medium, Intentionis nostræ varietatem, multiplicitatem, conglobationem. Hoc loco contrarium asserere velle videmur: volumus enim ad eam ipsam cumulationem spiritualium opum adhiberi intentionis simplicitatem. atq; vnitatem: quòd quomodo se habeat, quomodo cum proximè dictis cohereat, iam ex dicendis apparebit.

Non est difficile homines diuitiarum valdè cupidos, eosdem earum per studiosos reperire. Magna tamen est varietas studiorum & mediorum, quibus ad ditescendi finem tendunt. Volunt enim quidam, vno aliquo genere abundare, & in eo diuites fieri contenti sunt. Volunt alij plura bona concacruare. Volunt alij plurima, & si fieri posset, volunt



sunt quantum in ipsis est omnia cumulare. volunt  
 alij vnum aliquod opum genus conquirere & ag-  
 gregare, sed illud tale esse volunt, quod absq; varie-  
 tate & multiplici congerie rerum minus pretiosum  
 est, in se vno ac solo contineat multa, plurima,  
 omnia. Tales sunt V. G. qui soli auro argentouè  
 coaceruando, & in immensum congregando totis  
 viribus inhiant; ducti nimirum auri argentiq; pre-  
 tio, non tantum maiore, quàm inest bonis, opibus-  
 uè alijs, sed etiam quia auri argentiuè licet non  
 maxima massa, in se tamen contineat pretium ali-  
 arum rerum, esto quàm maximè multarum, in v-  
 numq; collectarum. Vnde vnus solusq; auri stu-  
 dio, videntur sibi æquare, imò excedere studia plu-  
 rimarum aliarum ab auro rerum: & vnus auri ma-  
 xima congregatione, credunt se eo ipso in diuitijs,  
 omnes alios auro minus, alijs verò licet rebus val-  
 de diuites excedere. Nimirum aurum tale quid-  
 dam est (aut magis ab hominibus putatur esse)  
 quo curato omnia curantur, cumulato cumulan-  
 tur omnia: habito possessioq; habentur & possidè-  
 tur omnia bona, omniaq; diuitiarum genera. Ta-  
 le quid inuenire est in spiritualibus hominibus at-  
 q; studijs. omnes ditescere spiritualibus bonis vo-  
 lunt, & student: sed studia eorum alia atq; alia  
 sunt. Contenti sunt alij conscientiam à peccatis  
 grandibus mundam habere. alij passionum do-  
 minium, vitiorum carentiam appetunt. Curant  
 alij contemptum rerum caducarum solo affectu.  
 alij etiam re ipsa, imò & voto adiecto eundemque  
 plenè exequentur. Alij student & sciunt custodi-  
 re vas seu corpus suum in honestate. alij vnam, aut  
 aliquot supra vnam, virtutes seligunt, in quibus  
 proficere insigniùs satis habent. alij proficere in  
 plurimis aliquantum cupiunt; alij intentionem  
 bonam: alij meliorem, optimam alij, alij multas simul  
 in operibus suis habere consuecunt; alij denique  
 aliter & aliter salutem suam operantur, & per bona  
 opera

na opera eandem certam facere satagunt. Sed nihilominus, præter, & supra hos, similesq; his, õnes sunt qui ab Apostolo moniti æmulantur charismata meliora: sunt quibus ab eodem Excellentior via demonstratur, sunt qui audiunt ab Apostolo dici sibi.

*Qui diligit, legem implevit. Caritas nunquam excidit. Caritas Deus est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Sine charitate nihil mihi prodest, Nihil sum. esto habeam fidem ita, vt per eam montes transferam, esto loquar linguis hominum & Angelorum, esto nouerim Mysteria omnia. esto liberalissimã in cibos pauperum substantiam meã dispersione, euaserim nudissimus, ac pauperimus? esto tradiderim corpus meum etiam in ignem consummando Martyrio. esto Dominum meum de substantia mea non solum honorauerim, sed etiam in carne manentem inter nos pauperim, & circa frequens ministerium ipsi in persona Dei Filio exhibendum sollicitus fuerim.

Ita nimirum etiam in his ipsis distinctiones & ascensiones cordium sunt: etiam in his; semita iustorum quasi lux splendens procedit & crescit vsq; ad perfectum diem, etiam in his sunt, qui faciunt voluntatem Dei bonam tantum: alij qui etiam bene placentem exequuntur, alij qui completis prioribus euadunt insuper ad perficiendam perfectã, & super eminentem charitatem, comprehendunt in latum, longum, altum & profundum. progressi de virtute in virtutem, vsq; eo pertingunt, vbi videatur Deus Deorum in Sion. Totum hoc quod dicimus, seu dicere magis volumus, explicauit & comprehendit Dominus noster paucis illis verbis, quæ de duabus sororibus suis amatricibus protulit. Vna eadem Martha nomine, satagebat circa frequens ministerium, quin & studio vehementiori urgente turbabatur erga plurima obsequia & desideria, insuper sociam sororem, in partem laborum vocare conata, ipsum Dominum rogare non dubitauit,

bitauit, eam ut apud pedes Domini otiosè sedentē, & de iuuanda sorore nihil minus cogitantem, furrere, & sibi auxilio esse iuberet. Alia vero soror eius Maria, velut ignara, aut parum studiosa Hospitis sui, qui intrauerat in domum castellumq; suum, de nullo penitus ministerio, præsentis & Hospitii suo Domino exhibendo laborauit, ac ne cogitauit quidem, sed sedens secus pedes Domini sui, confabulatur secura & otiosa cum ipso, audiebatq; verbum illius. Quis hæc, vel audiens vel intuens, duarum istarum sororum, circa Dominū Iesum officia & studia: non præferat, Martham Mariæ, non plus laudet atq; æstimet labores circa plurima in gratiam Domini susceptos in Martha, quàm otiosam solam sessionem ad pedes Dominicos in Maria! quis non ampliores spondeat benedictionem & commendationem à Domino obuenturam Marthæ, quàm Mariæ! Sic utriq; nostris calculis res & lis ista determinaretur. hoc & ipsa Maria, sororem suam interpellantem contra se Domini iudicium audiens contra se discerni metuebat. Sed enim aliter sapientia & veritas æterna sententiam de ambabus tulit. dixit enim. *Martha Martha sollicita es & turbata erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit: qua non auferetur ab ea.* Bonum erat Marthæ ministeriū & sollicitudo, turbatioq; circa plurima, at vnum melius erat, quod quia elegit Maria. Optimam partem se elegisse audiit, & insuper nunquam à se tollendā in præmissis accepit.

Hoc ergo vnum: hanc optimam partem: hanc nunquam auferendam ab Electore sui, dicimus & vocamus & ostendimus esse intentionem, seu intentionis simplicitatem & vnitatem & nuditatem & celsitudinem: quæ quia charitas est, & charitas perfecta, quatenus etiam in hac vita esse, haberiq; potest, & charitas perfectissimo mod



modo exercita: ideo illa vnum hoc Dominicum est, ideo illa optima pars est, ideo illa sola quaerenda & exercenda est, ideo illam solam & vnam exquirere, vnam solam petere, vnā solam exercere, vnam solam cumulare, vnam solam possidere est possidere aurum quoddam, omni auro magis aureum, magis obrizum, magis pretiosū; quo auro Spiritus ditescere solo, æquat, excedit, præualet, explet & superexplet, omnium reliquorum bonorum spiritualium possessionem, & eius sola quaesitio, melior est possessione auri & argenti.

Hanc igitur charitatem intentionis, seu intentionem charitatis vnus, solius, simplicis & nudæ, & puræ: exerceat, quin & assiduè frequenter, quisquis in spiritu ditescere, magno quidem & vnico compendio, sed summo, & omnibus æquiparando diuitijs internis augmento desiderat. Desiderare autem hoc ille omnis quàm maxime debet, quisquis videt sibi appropinquantem finē, & cui iam re ipsa dicitur, Operamini dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. *Venit nox, in qua nemo operari potest*: nox utiq; mortis, post quam non est operari, ac multo minus est inuenire cibum: nisi quis hac in vita operatus fuerit cibum; non tamen qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. *Æternam dico, imò Dominus dicit: vt quilibet apud se concludat, tantum sibi operandum esse hac in vita, quantum sufficiat pro æterna vita.* Cùm verò temporis ad æternitatem nulla sit comparatio: propterea quantumcunque multos quis se vel cibos operatum esse, vel thesauros opum coaceruasse putarit, aut etiam viderit: certus sit, totum illud & parum & nihil profus esse si cum æterna vita, in qua cibus in tempore partis erit viuendum in comparationem venerit. Non cesset ergo manus nostra, non cesset pes noster, nō cesset labor noster, non cesset industria, avaritia,

H

fames,

fames, sitis, orexis, cupiditasq; nostra : vel ob hoc solum, quia hoc quidē tempus nostrum, quod provisioni faciendæ datum est, finem in proximo habet, æternitas autem pro qua nobis prouidendum est, Æterna, & ipsa Æternitas est.

Sed iam in quo consistat hæc intentionis ad eod nobilis simplicitas atq; vnitas, omnibus æquualēs, multis & præualens, delineandum est. Compendiosius id dicere pleniusq; simul non possum, quàm verbis ipsius Christi, nos ita & orare & operari, & pati omnia & singula, & semper docentis, vt in omnibus & ab omnibus, & per omnia nostra Sanctificetur nomen Dei ac Patris nostri, qui est in Cœlis. Adueniat regnum eius in omnes creaturas, & propagetur magis ac magis semper inter eas, & fiat voluntas eius sicut in cælo, ita & in terra, sicut in corde Dei, ita & in corde omnis creaturæ : idq; totum, ob aliud nihil, nisi vt sanctificetur nomen eiusdem Dei Patris, & adueniat floreatq; Regnum & gloria Maiestatis eius, & fiat voluntas eius sicut in cælo & in terra : quia hæc est Dignitas voluntatis eius, & voluntas Dignitatis illius. Hoc si indiget explicatione, ita explicari potest. Intentio simplex, & vna, & nuda, & sublimis, & pura, & defæcata est, operari aut pati ad vnus soliusq; Dei, Optimi, Maximi, Dignissimi mentem seu voluntatem, ad exaltationem eiusdem seu gloriam, ad contentationem explorationemq; seu gustum & voluptatem eiusdem puram, solam, quatenus eius, & quia eius, & quomodo eius est. Absq; vilo ad creaturæ placitum intuitu, absq; ullo ad tuum (qui operaris seu pateris & intendis) proprium gustum commodum uè respectu, absq; vlla ad te ipsum conuersione, absq; vlla tuimet in operando, & operatione spe, quæstione, consolatione. Vt exalteretur vbiq; amplius & amplius semper solus Deus, vt glorificetur & regnet in omnibus plenius & plenius semper solus Deus, vt impleatur & fiat ab omnibus & in omnibus per-

bus perfectius & perfectius semper sola voluntas  
Dei, & non ob aliud quidquam, nisi quia ille De-  
us: quia ille dignus Deus; quia hæc est voluntas ei-  
us. tam imperans, quam dirigens, quam infor-  
mans seu transformans.

Sic effici, sic perfici, sic informari, transforma-  
riue, est exui & exire quidem à seipso, perire ac mori  
sibi, omniq; simul creaturæ & affectioni creatæ,  
viuere autem Deo, transire in Deum & Deificari  
est. Sic constitui, est Optimam partem elegisse, &  
affectuum esse, est vnum necessarium possedisse &  
obtinuisse, est omnibus & sibi disperijsse; solum-  
autem & vnum Deum prævalentem omnibus bo-  
nis & donis inuenisse, introiisse, immigrasse, inha-  
bitasse, in eum se beatissimo commercio immutaf-  
se, eumq; pro se accepisse, & se in eum indiuinasse.  
non quidem entitate sed voluntate, non substantia  
sed affectione: non essentiâ, sed charitate, nondû  
gloriâ, sed sola adhuc gratiâ, olim autem in futuro  
etiam Gloriâ. Sic se habere, est se non habere, sed  
Deum per se possidere. siue, est se, non in se, sed  
in Deo melius habere, est nihil habere, & omnia  
possidere. est omnia in vno, vnum pro omnibus ha-  
bere, siue illud sit, quod purgat animam, siue illud  
quod exornat cor: siue illud quod venit & identi-  
ficat Deo: auferens omne, quoad fas huic vitæ, nõ  
tantum aliud, non tantum disparatum, non tan-  
tum adiacens, sed etiam medium, etiam vnitiuum,  
retinens solùm, quod faciat vnum, faciat idem, faci-  
at nihil sui, faciat totum quod est vnus & solus  
Deus, vna, pura, & simplex Diuinitas. Atq; hoc  
præstat vnica, simplex, pura, defæcata Deiformis  
intentio: cuius exercitium, vsus, praxis, habitus,  
omnia alia obtinet, supplet, inducit, euincit, exsu-  
perat, accumulatur cum immenso fenore, omnia a-  
lia Spiritûs & virtutis, & perfectionis exercitia. De  
quo hæc dixisse sufficiat. Nam paradigma ex paulò  
antè dictis facillè confici potest, & confecit tum in

Exterior.

Interior.

Essentialia.



hac, quam nos docuit, tum in sua quam ipse in corde, & ore, & opere, semper habuit formulâ Christi. Vt cum orans dixit: *Non quod ego uolo Pater, sed fiat voluntas tua*, Eriterum. *Ita Pater: quoniam sic placitum est ante te*. Et rursus. *Ego quae placita sunt Patri, facio semper*. Sicut mandatum de diis mihi Pater, sic facio; Deniq; verbum eius est illud. In capite libri scriptum est de me, *Et faciam voluntatem tuam*. Itemq; illud. *Meus cibus est, Et faciam voluntatem Patris mei*. Et omnis qui fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater & soror & Mater est. in quibus omnibus Dominus nostri sententijs, & sensus & medulla, & praxis huius de qua locuti vsq; huc sumus intentionis est. quâ in Christi sensu praesertim, usurpare, satis erit, & vota usurpantis excedet.

*Mat. 12. 50.*

## Prouisio VIII.

*Per tuarum omnium actionum, passionum, intentionum, rerum cum omnibus creaturis communicationem.*

**N**Otum est, omnes nos quicumq; in hoc vniuerso creato, tam visibili sublunari, quam inuisibili, superq; caelesti continemur, ab vno Deo tanquam autore & factore opera, tanquam à Patre filij, tanquam à fonte riuuli, tanquam à radice rami, procedunt, sic procedere. ob quod meritò iubemur dicere Deo nostro, *Pater noster qui es in caelis*: nimirum quia tanquam filij vnus Patris Dei factoris nostri sumus omnes nos. Ob quod etiam mutuo quodam neſtimur vinculo, inter nos, vt alij alijs praestemus obsequia, alij ab alijs accipiamus beneficia, alij alio-

alij aliorum supportemus onera; Ob hoc etiam nemo sibi soli vivit, sed alijs pluribus, imò suo modo omnibus; ob hoc nemo quæ solum sua propria sunt querere debet, sed quæ multorum, atq; adeò quæ omnium: Ob hoc nemo soli sibi placere debet, sed omnibus, faciendo omnibus ea pro posse, quæ secundum Deum ijs conducibilia sunt. Ob hoc deniq; nemo Deum laudare, gloriam eius procurare, voluntatemq; facere debet, pro seipso ac vno solo, sed etiam pro alijs, imò pro omnibus. & singulis concreatùis suis, pro quibus eorū omnium debitor est Deo obsequiorum, quorum est debitor pro seipso, imò fortè tanto plus debet pro alijs omnibus, quàm pro vno seipso, quante omnes simul præstantiores sunt solo ipso, licet nemo aliorum tantum curam gerere debeat, neglecto seipso. Nā dicitur illi. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, se autem ipsum perdat.*

Ex his ergo fundamentis quæ perstricta sunt, consurgit hæc prouiso præsens, per quam fructuose, quo ad meritum gratiæ & gloriæ aliarumq; virtutum profectum opera sunt, coram Deo facianda ab omnibus, qui eiusmodi fructuum per studiosi sunt. Esse autem debent omnes quidem homines, at ex speciali causa ij, quibus tempus suæ resolutionis iustat, & iam ad metas vitæ accedere se sentiunt & aspiciunt. Id verò est quod disimulatur, quisquis talis est, & per hoc quod adhuc superest temporis copiosè coram Deo ditescere percipit: omnem suam quanta quanta illi est corporis, animæ, personæ, substantiam, omnes partes, potentias & vires, omnes aptitudines, habitus, dispositiones, omnes operationes, passiones, alterationes, omnes appetitiones, desideria, curas, omnes circumstantias, capacitates, conditiones, omnia loca, tempora, adiuncta: omnes atomos omnia instantia, omnes possibilitates, omnia deniq; à se quouis modo prouenientia, nec non ad se quomodocunque

pertinentia, pertingentia, atq; vno verbo qualiter-  
 eunq; sua: non velit esse tantum sua, nec velit tan-  
 tum sibi soli esse, durare, seruire, agere, prodesse,  
 sed intentione voluntatis suae velit & faciat ea esse.  
 omnium omnino rerum aliarum, velit omnib; pro-  
 desse, omnibus seruire, omnibus existere, & inexi-  
 stere: nominatim velit & intendat, omnibus &  
 pro omnibus Deum nosse, credere, praedicare, a-  
 mare, adorare, audire, laudare, venerari: pro omni-  
 bus velit Deo seruire, subesse, obedire, voluntatem  
 exequi, conformari, adherere, viuere, operari, pati,  
 mori. Debet ipse humilitatem Deo, debet fide,  
 debet spem, debet timorem, debet charitatem, de-  
 bet religionem, debet orationem, debet iustitiam,  
 debet misericordiam, debet patientiam, mansuetu-  
 dinem, proximorum amorem &c. haec eadem om-  
 nia debent Deo pro suo statu omnes reliqua crea-  
 turae praeterita, praesentes, futurae, possibiles. Hac  
 ergo sua debita dum soluit Deo pro se, soluat simul  
 tanquam pro omnibus singulisq; creaturis; ita vt  
 ex intentionis applicationisq; ipsius vi, efficaciam,  
 latitudine extensioneq; omnis eius actio, sit qua-  
 si omnium creaturarum actio: omnis eius humili-  
 liatio coram Deo, sit quoq; omnium creaturarum  
 coram Deo humiliatio, omnis eius oratio ad Deum  
 sit omnium, sit pro omnibus oratio: & sic de alijs.

Esse hanc coram Deo secundissimam prouisio-  
 nem & valde aptam ad coaeruationem spirituali-  
 um opum & diuitiarum nemo vt opinor non videt.  
 Superest ergo, vt haec prouisio in praxi sit, & apud om-  
 nes quidem; sed speciali vt dixi ratione, apud  
 omnes eos, quibus vita hora nouissima fluit. Qui-  
 bus autor sum, vt huius prouisionis materiam, hoc  
 est, vt istam communicationem suarum reru cum  
 omnibus creaturis, non tantum ad praesentes crea-  
 turas, omnes futuras, omnes possibiles, omnesq;  
 obligationes earum ad Deum &c. faciendo sua omnia  
 non tantum suo, nec tantum nomine creaturarum  
 praesen-



119  
presentium, sed etiam præteritarum futurarumq;  
possibiliumq; nomine; quandoquidem cum his om-  
nibus habet homo aliquam in Deo & ex Deo fra-  
ternitatem, habet etiam in se magnam cum præte-  
ritis, habiturusq; cum futuris connexionem, vel ob  
suam ab illis, vel ob earum a se dependentiam in-  
effendo, viuendo, operando &c. possibilibus etiam  
hoc debet: quia ipse existendo occupauit locum a-  
liarum possibilium, quæ ideò non existunt: quia  
ita expedire visum placitum uè est apud inscruta-  
bilem Dei, sapientiam, rerumq; nulli nisi Deo-  
soli cognitam combinationem.

## Prouisio IX.

*Per Communicationem omnium  
creaturarum tecum.*

**O**pposita priori, sed ex iisdem deducta fontibus  
prouisionis faciendæ ratio. Sumus omnes vnus  
Patris filij, vnus fontis riuus, vnus Hæredis pos-  
sessio, vnus Patris familias familia, ergo omnium  
nostrum communis debet esse in rem nostri Patris-  
familias labor, in rem Possessoris & Hæredis redi-  
tus seu fructus, in honorem Patris, veneratio. ergo  
quod facit vnus, tanquam omnes facere debet, &  
omnes facere debent, quod faciunt omnes tanquã  
etiam vnus facere, & vnus quoq; facere tenetur.  
Nimirum respectu Dei, creaturarum omnium om-  
nia sunt communia, sicut creaturæ omnes in Deo  
sunt vnum, & Dei sunt omnes, & Deo sunt omnes.

Hoc supposito, iam prouisionis præsentis sub-  
stantia in hoc consistet, vt homo diuitiarum spiri-  
tualium cumularum per studiosus, partim sciat,  
partim faciat (voluntatis intentione) se vnũ eun-  
demq; cum omnibus creaturis & rebus: vnum au-  
tem per & propter Naturæ communionem & con-

ctionem, maiorem quidem cum alijs, minorem  
 verò cum alijs, cum omnibus tamen aliquam, &  
 certè non exiguam neq; vnã. Etenim cum omni-  
 bus habet commuue Originale suum nihil & non  
 esse, ex quo est. cum omnibus etiam habet commu-  
 nem creatorem à quo ex non esse ad esse traductus  
 est. cum omnibus habet communem fontem es-  
 sendi, scilicet Dei essentiam, cuius participatione  
 aliquid omnia sunt, & cuius similitudinem boni-  
 tatem, potentiam, omnia aliquo modo imitantur:  
 communem habet etiam, cum omnibus aliquem,  
 saltè vnũ, gradum Naturæ. Est enim sicut om-  
 nia sunt, viuunt sicut omnia viuentia, sentit sicut  
 sentientia omnia, intelligit sicut rationalia omnia,  
 spiritus est ex parte, sicut omnia spiritalia: com-  
 munem etiam finem cum omnibus, Dei scilicet  
 gloriam & seruitutem, cum pleriq; etiam, vitam  
 gratiæ & gloriæ, fidei quoq; spei charitatis, Sacra-  
 mentorum etiam & Sacrificiorum, legum, rituum  
 aliorumq; mediõrum, fini seu naturali, seu super-  
 naturali subseruientium. His potest addi commu-  
 nio Nationis, sanguinis seu generationis, cohabita-  
 tionis in vna domo, vrbe, Regione, & alia his si-  
 milia.

Sic vnũ cum omnibus se partim sciens partim  
 faciens homo, omnia etiam omnium rerũ sua par-  
 tim sciat, partim faciat (siue sint ea Naturæ & En-  
 titates & personæ & supposita, siue partes & poten-  
 tiæ, siue operationes passionesq; siue effectus & cir-  
 cumstantiæ & conditiones & possibilitates, & ato-  
 mi & deniq; omnia ad omnes attinentia) omnia si-  
 bi vsurpet, omnia se quoq; cum omnibus, in omni-  
 bus, per omnes operari & pati sciat, faciatq; inten-  
 dendo: omnia hæc in Deum, in eius gloriam, ob-  
 sequium, venerationem, dilectionem dilectionisq;  
 effectum dirigat, omnia virtutibus & conditioni-  
 bus supernaturalibus, & ad meritum gratiæ gloriæ-  
 que apud Deum idoneis imbuat, fine atq; scopo,  
 quo po-

quo potest & vult sublimissimo, Diuinoq; gustui placitissimo afficiat, sanguini & meritis Iesu Christi, omniumq; Electorum vniat, ornet, appetiet: perinde ac si omnia eius essent, sicuti reuera sunt eius, cum sint eorum, qui sunt aliquid eius, & vnū quiddam cum ipso, & intentione, applicatione, v-surpatione, directione eius propria, facta sint, & fiant eius.

Licebit ergo homini omnes res inanimatas, summo cælo ad vsq; terræ centrum contentas, omnes inquam & singulas, omnesq; earum partes, vires, effectus, alterationes, atomos, quæ fuerunt, sunt, erunt, esse possunt, in se quasi vnum, vel se vnum in omnes transferre & impersonare: & pro omnibus, cum omnibus, in omnibus, deniq; omnibus illis, Deum agnoscere, amare, laudare, exaltare, venerari, voluntatem eius exequi, se humiliare, se in eius manus dare, donare, resignare. Deum prædicare, voluntatem eius annunciare. modo illo quo *cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* illo modo, quo *dies diei erudat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* aded quidem luculenter & sonore, vt *in omnem terram exiuerit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Si enim *cæli enarrant Dei gloriam,* etiam faciunt Dei voluntatem, etiam possunt se humiliare coram Deo, etiam possunt se subdere Deo, etiam possunt agere gratias Deo, etiam possunt iustitiam, misericordiam, dilectionem exhibere alijs propter Deū, eo modo, quo per innatam capacitatem iubentur à Deo. Et quod faciunt cæli, facit sol, luna, planetæ, stellæ, faciunt virtutes siderum, & lumen & motus; facit ignis, aër, aqua, terra, cum omnibus quæ in eis sunt. His si accedat hominis alicuiusue creaturæ rationalis intentio applicatioq; deuota, melius & nobilius & gratius Deo & vtilius homini, id ipsum facient.

Licebit consimili ratione homini, omnes res vi-



uentes, vitam vegetatiuam habentes, cum suis omnibus accidentibus conditionibus, circumstantijs suas facere, se omnibus inferere, vnire, imperfonare, & quidquid illæ sunt, agunt, patiuntur, his omnibus in Deum ferri & affici, hæc q̄; omnia morali bonitate supernaturali, virtutibusq̄; quibuslibet Deo gratiosis imbuerere, Deo q̄; offerre, Deum omnibus, & pro omnibus laudare, colere, amare, Deo obedientiam, iustitiam, charitatem sui & proximi, misericordiam, modestiam, mansuetudinem, humilitatem, patientiam, castitatem, deuotionem, & quidquid demum Deo placitum est, his & pro his omnibus, iam suis, & à se perfectis exhibere, atque præsentare. Moueatur folium in arbore, eum motum faciat hominis voluntas suum, faciat eum humilitatis, obedientiæ, timoris, fiduciæ, amoris actum. toties humiliabitur voluntas hominis coram Deo, toties obediet, amabit Deum, quoties mouebitur folium. Par de alijs ratio.

Licebit hoc ipsum homini facere cum omnibus animantibus brutis, volatilibus, Natatilibus, gradientibus, serpentibus atq̄; reptilibus; omne quidquid illæ sunt, possunt, agunt, patiuntur, in totis se aut suis partibus exterius interiorisq̄;, per omnes sensus suos exteriores interioresq̄; faciat homo suum, faciat se, faciat tanquam factum per se ipsum à se, & per se (per hoc enim factum, & fit cum quo habet commune esse) imbuat hoc intentione directâ in Deum, & oblatâ offerenteq̄; hæc omnia eidem Deo; imbuat supernaturalitate, finis aut medijs, imbuat virtute seu Theologica, seu morali quacunq̄; imbuat actu cuiuscunq̄; virtutis, perfectionis, sublimitatis. imbuat vnione meritorum Christi & Electorum eius. Quidquid omnia & singula fecerunt, faciunt, facient, facere possent, si essent, quidquid etiam patiuntur, quauis alteratione, in se totis, in suis partibus, in suis atomis; totum id meritorium erit homini per intentionem hæc sublimanti,

blimanti, & suum facienti, Diuinæq; voluntati & gustui probanti, erit inquam meritorium gratiæ & gloriæ, erit augmentatiuum omnis virtutis, perfectionis, habitusq; boni.

Licebit hoc ipsum homini facere cum omnibus Rationalibus creaturis, siue sint homines reliqui, siue sint Angeli & Spiritus puri. Totum hoc quod homines præteriti, præsentis, futuri, possibiles, ite quod Angeli existentes, aut possibiles, sunt, agunt, patiuntur, in totis se, in potentijs, viribus, partibus, atomis, momentis, æternitatibus suis, faciat hominem suum, faciat à se factum seu perpeffum, in corpore, in anima, in persona, in externis, attingentibusq; rebus, circumstantijs, conditionibus: Deo hæc omnia singula, tanquam sua appropriata sibi offerat, his singulis omnibusq; Deum credat, speret, amet, laudet &c. tanquam bonum suum omne, supremum, vltimum, supernaturale. Imbuat hæc omnia sine supernaturali, virtute supernaturali, vna & pluribus, imbuat perfectione variâ, sublimi, Deo gratiosâ, vniat meritis Christi & Electorum eius. Totum hoc erit homini sic imbuenti & operanti meritorium gratiæ & gloriæ æternæ. Siue creaturarum rationalium actiones, passionesq; fuerint, puræ, naturales siue supernaturales, siue fuerint bonæ moraliter, siue tantum entitatiuè, siue fuerint sanctæ & iustæ, ac meritoria, siue fuerint etiam malæ ac peccaminosæ, sed quatenus (exclusâ malitiâ morali) habent entitatiuam bonitatem, ad quam Deus ipse per se concurrir, tanquam causa prima, eumq; concursum & actum vt talem ad suam gloriam, ad aliosq; sibi volitos fines refert. Quo fiet, vt actiones malæ, quæ operantibus erunt damnabiles: homini modo dicto, eas intendenti, & in Deum referenti, erunt salutaris, & ad gratiam gloriamq; ceteraq; bona Spiritualia proficua: Perinde quomodo dictum est, easdem actiones à Deo fieri, ad se referri, & ad gloriam nominis sui augendam,

gendam, voluntatemq; suam perficiendam conuertit. Itaque hunc in modum operanti, in summe vsum & fructum spiritualem conuertenti omnia Homini, nulla erunt opera otiosa, nulla malitiosa, nulla perditione digna, sed omnia & singula, etiam damnatorum in inferno, erunt illi sancta, pia, iusta, meritoria, gratiosa Deo, & digna Beatitudinis aeternae praemio.

Et quid potest hac industria esse ferauius, quid hac provisione ditius, simulq; optabilius, modone Operantium hominum, diuitiasq; Spiritus cupientium cesser langueatq; industria. Neque est quod quis hac reputer ardua, difficilia, & laboriosa. Nam imprimis solius est hoc liberae pie voluntatis opus, quod internum tantummodo esse sufficit, sufficit etiam interdum solum identidemq; reassumptum, repetitum, ratificatum esse, quod penè momentaneo voluntatis actu peragi potest. vsu moderatè frequenti habitus contractus in animo, totum negotium faciliat, & in naturalem actionem conuertit. Postremò in hoc peragendo, nihil omninò plus est laboris, quam est in simplici vulgariq; nostrae operatione, nostrorumq; priorum operum supernaturali & meritoria transactione. Probet qui volet, & aduertet oculis suis tantundem esse in hoc atq; in illo operandi modo laboris, temporis, fatigationis, conatus, reflexionis, memoriae & similibus requisitorum. Quare difficultas neminem deterrere debet ab huius provisionis exercitatione: quae difficultas vt aliqua sit, satis, superq;, & valde excessiue compensatur Immensa fructuositate atq; fecunditate, quae prope modum maior & omni humana opinione, & spe, & cupiditate. Quod si in auaritia temporalium, videmus rerum non minui cupiditatem auarorum hominum, sed potius auelcere amplius ampliusq; etiam extrema senectute grauescentium: quos difficultas augendi non deterret, neq; aetate

fractos

fractos  
modo  
ampli  
natura  
& cur  
tos, q  
les at  
num  
conq  
acqui  
decem  
pidita  
millia  
tari au  
per o  
cum  
nonn  
amor  
stis, t  
nulla  
tienti  
ant, c  
tan

Per

A  
refiat  
dem  
absq;



fractus licet, frangit. Quid conuenit facere, quomodo affici, quomodo inualescere & inardescere ampliori cupiditate diuitiarum spiritualium æternarum Diuinarumq; homines ad earum studium, & curam, & cumulationem factos, natos, ordinatos, quantumlibet corporeis viribus & annis debiles atq; fractos! Si in perditè auaris crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit: ita vt qui conquisiuit decem millia nummorum, non cupiat acquirere insuper vnum nummum, vel duos, vel decem, vel etiam mille solùm, sed exardescat in cupiditatem studiumq; conquirendi vel alia decem millia, vel etiam viginti millia. In Sancta & salutari auaritia cœlestium diuitiarum, quarum vsus sit per omnem æternitatem, & quarum demum sit & cumulus & merces & finis Deus, quo nihil maius; nonne addecet homines Diuinos, vt in eis crescat amor, crescat conatus acquirendi thesauri cœlestis, tantum quantum ipse thesaurus crescit? ita vt nulla se offerat industria ditescendi, quam non sicienti & insatiabili animo, apprehendant, exerceant, continuent, & in omni labore, conatuq; non tantum perseuerent indeficienter, sed progrediantur ad alia aliaque ad ampliora & ampliora, inexplebiliter.

## Prouisio X.

*Per Communicationem cum DEO,  
& eius diuitiis atque Operibus  
ad Extra.*

**A** Perit (an operit melius dicam?) adhuc sese nobis Prouisio quædam, quâ si nobis aditus patefiat, etsi ad vsum exercitiumq; eius ex Dei quidem parte liceat, ex nostro autem studio libeat absq; vlla & comparatione, & dubitatione, in immensum

mensum immensius ditescere ex diuitijs thesaurif-  
q; spiritualibus liceat. Deus namq; est, & D E U S  
quantus quantus est, qui venit nobis, exhibetq; se,  
vt ex eo, ex omnibusq; bonis eius provisionem  
nobis faciamus, quã in æternum, & fruamur, &  
glorificemur. Vtinam eius explicationi nec intel-  
lectus succumbat, & desiderio voluntas sufficiat,  
& executioni vires non deficiant. Sed speramus ad-  
futurum cum sua virtute gratiaq; auxiliante illum,  
in quo & ex quo est omnis sufficientia ; provisio  
nostra.

Certum est esseq; debet, Deum esse <sup>per</sup> ònia  
creata, & ita quidem super omnia, vt omnes crea-  
turæ tam possibiles quàm existentes, eius solius  
comparatione, magis non sint, quàm sint, & abso-  
lutè nihil sint. attestatur hoc Sapiaentia Dei cùm ait.

Sap: 11. 23.

*Tanquam momentum statera, sic est ante te orbis ter-  
rarum (Domine) & tanquam gutta roris antelucani,  
qua descendit in terram* Expressius autem per Da-  
uidem loquitur sic. *Substantia mea tanquam nihilis  
ante te.* quæ verba non tantum ex Persona Dau-  
idis dicta sunt: sed etiam ex persona omnis absolu-  
tè creaturæ, quoniam eadem omninò est, omnis  
atq; vnus creaturæ ratio & conditio coram Deo.  
Cui etiam perinde congruit illud, quod idem Da-  
uid. tam ex suo, quàm ex omnium nomine dixit.

Psal: 15. 2.

*Dixi Domino: Deus meus es tu: quoniam bonorum  
meorum non eges.* Mira quidem sed vera ratiocina-  
tio: vt dicatur, sitq; Deus ideò Deus creaturarum  
omnium, quia nullius earum bonorum eger: sed  
omnibus ille dat omnia affluenter & non impro-  
peranter: propter solius creaturæ bonum, propter  
nullum verò suum vsum. Id ipsum legere est apud  
Isaiam luculenter omnibus prædicantem. *Ecce gen-  
tes (omnes) quasi stilla stula, & quasi momentum  
statera, reputatæ sunt. Ecce insula quasi pulvis exigu-  
us: & libanus non sufficiet ad succendendum, & ani-  
malia illius non sufficiunt ad holocaustum. Omnes gen-  
tes quasi*

Isa: 40. 15.

res quasi non sint, sic sunt contra eo, & quasi nihilum reputata sunt ei. Ut iam non debeat esse in admiratione clausula illa Dauidica. Veruntamen vniuersa Vanitas omnis homo viuens, & illa Salomonis altera. Vanitas Vanitatum & omnia Vanitas, Nec non & illa Pauli assertio de Deo. Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. siue quia tam coram illo sunt nondum creata, quàm sunt iam creata: in eius enim potestate est creare illa, sicut fuit creare ista: siue quia coram Deo tam nihil sunt quæ creata sunt, quàm illa sunt nihil, quæ creata adhuc non sunt. Ergo vt supra dicebam, in tantum est Deus noster super omnia alia, vt eius comparatione Nihilum, Inane, vanitas, & non existentia sint omnia.

Idem Deus noster est complectens & continens in se omnia. Quidquid enim creauit, qui omnia creauit, vtique hoc esse, hoc in se habere debuit; & hoc de seipso, de quibus sua ipsius omnipotentia creauit, & omnibus apud se inuenit principium. Hæc est argumentatio ipsiusmet Dei nostri apud Prophetam cum ait. Qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit Dominus. Si ego qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Hoc ipsum asseritur de Deo nostro illis verbis. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis: Et rursum. Verbo Domini firmati sunt celi, & spiritus oris eius omnis virtus eorum. Denique, omnia per ipsum Deum (scilicet verbum) facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat. Nemo siquidem dat alteri, quod non habet, quare cum Deus omnibus omnia, ipsa etiam sibi det creando, omniumque inueniat originem ea formando: necesse est, vt eadem omnia, in sese contineat: & omnia in eo contineantur, in ipsoque omnia viuant, moueantur & sint. Igitur in seipso Deus habet atque continet celos & quæ in eis. Terras, & quæ in eis, omnia & singula. siue spiritualia & intelligibilia, siue materialia &

Psal: 38. 6.

Ecci: 1. 2.

Rom: 4. 17.

Isa: 66. 9.

Sap: 1. 7.

Psal: 32. 6.

Ioan: 1. 3.

2. Mach: 7.

23.

Act: 17. 28.



rialia & bruta & inanimata. Non continet tamen ista Deus in se, tanquam sylua arbores, aut feras, aut tanquam mare pisces, aut tanquam nauis vectores, aut tanquam arbor fructus, aut tanquam caula greges; brutæ essent enim istiusmodi cogitationes de Deo, sed continet hæc tanquam imperfecta perfectissimus, tanquam artifex arte facta, tanquam architectus domum idealem, tanquam causa effectus, tanquam mare fluvios & fontes. continet (vt scholasticè loquar) emfienter, æquiuolenter, & perfectiori modo, quàm res ipsæ sunt in se. Proinde perfectius est in Deo cælum, quàm est in seipso: perfectior est sol in Deo, quàm in seipso. perfectior terra in Deo, quàm in seipsa. perfectiora deniq; omnia sunt, quatenus in Deo sunt, quàm quatenus in seipsis sunt. perfectiusq; ibi operantur in Deo, quàm in seipsis. nunquam ibi aberrant aut deficiunt à fine in operando, vt hic in se existentes sæpè deficiunt. Nunquam ibi cessant earum operationes, & efficacitates, & fructus, & actus, quæ hic perpetuò transeunt, deficiunt, cessant, mutantur. & ab esse ad non esse, ab operari ad non operari desinunt. Michaél Angelus est in Deo, cum sua entitate, perfectione, actiuitate, operatione actuq; omni, quem ab origine creationis egit, & quemcunq; per omnem durationis suæ æternitatem peraget, eritq; sic in æternū. quemadmodum & fuit eodem modo totus ab æterno: licet ipse in semetipso non existerit ab æterno. Idem de omnibus singulis creaturis cogitandum & censendum, Ex hoc fonte existentium rerum omnium, omniumq; actionum nostrarum in Deo, siue antequam in se fuerunt, siue dum sunt & fuerunt, siue dum erunt, ita Dauid philosophatur, tam in sua, quàm in omnium creaturarum, omnium nostrum inprimis persona. *Domine probasti me & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes*

*Psalmi 138. 1.*

*meas de*

*meas de  
uestigasti  
est sermo  
antequam  
cognouisti  
& posuisti  
scientiam  
Et qui  
non ob  
tix, sic  
eius, in  
losophi  
monu  
que lu  
dicit  
um: &  
dum n  
numen  
ille. se  
nostra*

*D  
net en  
bus, a  
tionib  
stant  
etiam  
alias  
conti  
bilibu  
lectu  
set De  
ceme  
Solus  
seru  
la, q  
di ali  
per o  
natio*

meas de longè, semitam meam & funiculum meum in-  
 vestigasti. Et omnes vias meas prævdisti: quia non  
 est sermo in lingua mea quem tu non audieris etiam  
 antequam locutus eum essem. Ecce Domine tu co-  
 gnovisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me:  
 & posuisti super me manum tuam: Mirabilis facta est  
 scientia tua ex me: confortata est & non potero ad eam.  
 Et quis possit? quando tenebræ ipsæ Nihili mei,  
 non obscurabuntur a te; & nox meæ non existen-  
 tiæ, sicut opes illuminabitur: quoniam sicut tenebræ  
 eius, ita & sumen eius. Hanc ipsam sapientiam phi-  
 losophatus est Sanctus Iob, deriuans eam ex hac  
 omnium rerum in Deo præsentia & scientia: ex ea-  
 que Iudicij Diuini rigorem simul ac formidinem  
 discit & docet. ait enim: Posuisti in neruo pedem me-  
 um: & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pe-  
 dum meorum consideraisti. Tu quidem gressus meos di-  
 numerasti. Signasti quasi in sacculo delicta mea. Hæc  
 ille. sed hæc propositi præsentis non sunt: ideo ad  
 nostra nobis redeundum est.

Ibid: 6. 12.

Iob: 13. 27.

Iob: 14. 16.

DEUS non solum omnes creaturas in se conti-  
 net eminenter, cum omnibus perfectionibus, viri-  
 bus, actionibus, effectibus, circumstantijs, condi-  
 tionibus earum: sed continet præter has, quæ exi-  
 stant in aliqua temporis moderni differentia, aut  
 etiam æternitate, continet inquam in se alias atq;  
 alias omnes genere, specie, numero infinitas, &  
 continet cum omnibus conditionibus earum possi-  
 bilibus: quæ in cognitionem nullius creati intel-  
 lectus cadere possunt, alioqui comprehendenda es-  
 set Dei tum essentia, tum bonitas, tum vtriusque  
 communicabilitas, tum sapientia, tum potentia.  
 Solus Diuinus intellectus, solus eius spiritus, qui  
 scrutatur etiam profunda Dei, capit & intelligit il-  
 la, quæ in Deo continentur omnia. Ibi sunt mun-  
 di alij atq; alij, partim huic similes, partim ab hoc  
 per omnia diuersi: ibi sunt series & ordines guber-  
 nationis mundorum illorum alix atq; alix. & omni-  
 um &



um & singulorum numero & specie innumerabiles ac infinitæ. Ibi sunt infiniti Angelici spiritus, numero, specie, choris, Hierarchijs distincti. Ibi sunt infiniti cœli, infiniti soles, infinitæ lunæ, infiniti planetæ, infinitæ stellæ. Ibi infinita numero Maria, ibi innumerabiles terræ globi, ibi gentes & nationes hominum infinitorum infinitæ, ibi species, & varietates infinitæ animalium, quadrupedum, reptilium, natantium, volantium. Ibi species infinitæ plantarum; herbarum, florum, seminum, radicum, virtutum. Ibi infinita metalla auræ, argenti, gemmarum omniumq; similibus numero & specie diuersorum. Ibi infinita rerum omnium opera permanentia, atq; transeuntia, permanenter tamen in Deo præsentia. Ibi infinitæ vires, palatia, templa, horti, viuaria, araria, gazophylacia, castra, classes, regiones, insulæ, syluæ, campi, agri, prata, fluuij, fontes, lacus. Ibi infinitæ species rerum, honestatum, iucunditatum, vtilitatum, necessitatum. Quibus non tantum comprehendendis, sed neq; cogitandis quidem creata vlla mens sufficit, enumerandis sola par æternitas, continendis verò sola idonea & sufficiens Diuinitas: seu Diuina essentia, sapientia, omnipotentia, bonitas. quia hæc sola omnia est, omnia cognoscit, omnia potest, omnibus se communicare sufficiens & abundans est, & illi soli omnia sunt nuda & aperta & præsentia. cum totis se, cum totis suis conditionibus possibilibus, obedientialibus.

His ita (prout nobis fas erat) de Deo nostro nõ exactè quidem explicatis, quod fatemur impossibile, sed aliquantulum delineatis; addendum est illud, quòd in eodem Deo nostro, sit actus & creatio, & conseruatio, & gubernatio & cooperatio, Naturalis ordinis ac supernaturalis: quæ omnia continent in se, aut potius æquiualentè sunt innumerabiles actiones Diuinæ circa creaturas, quas omnes & singulas creat, perducitq; ad esse, omnes & singulas



131

lingulas omnibus momentis cōseruat in eodem esse, omnes gubernat & dirigit in fines sibi notos: omnibus velut causa prima cooperatur, in omnibus earum commotionibus & actionibus. Quod si creatura vna, in totā se sumptā habet actiones, alterationes, circumstantiasq; specie plurimas, numero autem innumeras, ad quas omnes singulasq; Deus effectiua cooperatione & finali directione concurrat: cogitet qui potest, quā infinita multitudo est, in Deo actualium istarum cooperationum, cum omnibus singulisq; actionibus, omnium singularumq; creaturarum? Quanta erit multitudo actionum creatantium, conseruantium, gubernantium spectatarum in omni ordine & serie & sine naturali, supernaturali, iustitiæ, misericordiæ, gratiæ & gloriæ, mediocum & etiam finium subordinatorum ad vltimum, permissiue insuper Deo voluntatis erroribus & defectibus & malitijs creaturarum, incomprehensibiliter ad bonum & placitū suum vrentis. & ex pessimis optima eruentis. ex inobedientia obedientiam, ex superbia modestiam, ex rebellionem subiectionem, ex morte vitā, ex perditione salutem, ex delicto veniam, ex malitia bonitatem, ex confusione gloriam, ex miseria beatitudinem emedullantis. Atq; hoc non solum in creaturis actu existentibus in aliqua differentia temporis præsentis (quarum ipsarum alia atq; alia esse potuit, paratq; apud Dei Sapienciam fuit gubernatio & coordinatio in infinitum variabilis) sed etiam in creaturis pure possibilibus, & nunquam in actu extra causas existuris, quarum infinites infinitè est variabilior & multiplicabilior (sed in Deo iā actu præexistens, & decreta, sub conditionibus & combinationibus, numerum finemq; nullum habentibus) varietas & multiplicitas.

Hac vniuersā infinitatum actualitatum siue actionum (modo quidem nostro Diuina concipiendi maxime supposito, alias enim in Deo multiplicitas, occurrat)

tas, neq; est, neq; esse potest vlla actu, sed solum per  
æquivalentiam & eminentiam) varietate ac mul-  
tiplicitate, quæ iam vt cunq; indicata est, vti po-  
test, si sciat & velit. Diligens, ac amore pius spiri-  
tualis homo: ex eisq; sibi infinitorum thesaurorū  
Diuinorum gratiæ gloriæ, cæterorumq; prouisionem  
conflare omni æternitati suffecturam. Vtendo  
iure suo quod habet ex fraternitate, vnitæ at-  
que adeo identitate cum omnibus creaturis actua-  
libus atq; possibilibus, maximè quatenus, in Deo  
existentibus & ex Deo emanantibus, totumq; su-  
um esse (actuale vel possibile) totum possidet totum  
operari, in omni possibili vel actuali conditione ac  
circumstantia ab eodem Deo desumentibus, & in-  
tra Deum habentibus. Accedente præsertim piâ,  
fideliq; ac deuotâ, deliberatâ, voluntariâ, superna-  
turali intentione, applicatione, ordinatione in  
ipsummet Deum, in eius essentia, bonitatis, Sapi-  
entia, potentia, iustitiæ, misericordiæ, charitatis,  
rectitudinis, maiestatis, dignitatis, infinitudinis,  
immesitatis, & omnis Diuinæ perfectionis agni-  
tionem, confessionem, venerationem, laudationem,  
subiectionem, amorem, & quidquid Religio  
atq; deuotio cum charitate atq; gratia excogitare,  
audere & agere potest, circa Deum, propter Deum,  
cum Deo, ex Deo, in Deo, per Deum.

Vtinam, vtinam, repeto milliesq; vtinam, hæc  
in hominum mentes & corda possint ascendere  
sed nimirum abscondita hæc sunt ab oculis etiam  
oculatorum, quorum miseriam hac in parte de-  
plonare potius, quàm sugillare velim. Velim eti-  
am potius exemplo præire, quàm verbis laudare.  
Velim ipso facto conatuq; meo factibile demon-  
strare, quod conitor verbis faciendum suadere.  
Quidquid autem de hoc interim sit: hoc certum  
esto, ad quod semper nostra præsens tractatio re-  
spicit, hominibus iam de propè æternitatem salu-  
tantibus & quasi subintrantibus, si copiosam prouisionem



193  
uisionem aeternitatis suae vitae facere, in hac, quae  
superest, mortalitate percipiunt, eam non aliunde  
copiosam, confertam, coagitatam supereffluentem;  
vnquam facturos, quam ex ista cum Deo suo, cum-  
que Diuinis actionibus communicatione. Hanc  
igitur faciamus, si qui copiosè ditescere caelo, &  
aeternitatem illam quam ditissimi ingredi volumus;

Sicut enim Deo, nihil est ditius, ita quoque ad

ditescendum Deo, nihil est ipso illo

Deo ditius, siue accommodatius.

## Prouisio XI.

*Per Communicationem cum DEO,  
eiusque Operibus ad Intra.*

**O**ccurrit animo, aliquid huic prouisionum fa-  
ciendarum de Spiritualibus diuitijs, thesauris-  
que negotio, & maximè proprium, & maximè ido-  
neum; quod ebalbutire (nam enarrare vel mo-  
dicè arduitas atque immenitas argumenti, nec me-  
um, neque vllum intellectum creatum sinet vnquam)  
animus est, & nisi fallor operæ pretium erit. Est au-  
tem hoc, ut prouisionem caelestium opum, dum in  
huius vitae cursu, & specialiter dum in decursu su-  
mus, nobis ex ipso Deo, quantus quantus & qua-  
lis qualis ille in ipso se, tota; tum essentia, tum  
Oeconomia sua interiore reperitur, faciamus &  
coaceruemus.

Arduum opus & sine dissimulatione per quam  
difficile, & quis aspirabit nedum attinget ad illud?  
Sed firma spes est, quod adiuuabit ille, qui nos fe-  
cit, quanquam de limo & nihilo, attramen ad simi-  
litudinem & imaginem suam, & nobis præceptum  
dedit. *Estote ergo perfecti, sicut & Pater vester cae-  
lestis perfectus est.* Praesertim quando, quod conabi-  
mur, conabimur verecundè simul & amanter, non

*Matt. 5. 48*



quasi scrutatores, sed quasi speculatores. quod si scrutabimur ut exaltemus, non ut exaltemur, scrutabimur, non ut vanitate inflemur, sed ut veritate humiliemur ac solidemur: scrutabimur non ut rapinam arbitremur, & exerceamur; sed ut diuitias salutis, spem, & panem vitæ æternæ metamus, transformati de claritate in claritatem, tanquam à Domini gloria.

Deus noster, est, qui est. merus, purusq; per omnia Actus, simplicissimus, omnis compositionis, omnis multiplici-  
tatis, omnis potentialitatis, omnis pluralitatis expertus, & incapax in sua entitate atq; essentia. In eo non sunt aliqua, non sunt quedam, non sunt omnia; sed ipse est, qui est, est idem & vnus in essentia: Trinus autem in Personis. Quando tamen nos pusilli homines de Deo Diuina cogitamus, necesse habemus attemperare illa nobis, & de illis loqui ad modum nostri limitati & ex pluribus coagmentati esse: in quo aliud quidem est Essentia, aliud potentie essentia, aliud operationes potentiarum, aliud perfectiones & quasi doctores Essentia atq; Natura: v. g. In nobis aliud est homo, aliud humanitas, aliud corpus, aliud anima, aliud compositum ex his, resultansq; persona. aliud memoria, intellectus, voluntas, aliud actiones harum potentiarum, memoratio, intellectio, volitio. aliud sapientia, iustitia, bonitas, charitas, veritas &c. In Deo secus se habent ista: omnia sunt vnum, & idem penitus ista. In solis Tribus Personis, quia est processio, est etiam oppositio, est distinctio, est numerus: ita tamen. vt et si alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, nequaquam sint aliud, & aliud: quia vnitas, identitas consubstantialitasq; Essentia ac natura, aliud aliudq; esse perhibet: quamuis alios esse, aliosq; incomprehensam veritate requirit. Itaq; in Deo nostro, personæ quidem inter se sunt plures, id est, tres, inter se distinctæ & ab inuicem aliæ: in sua  
tamen

eadem essentia, singulæ sunt vnum & idem, vni-  
 tate atq; identitate absoluta, sicut & essentia ipsa  
 earum, est prorsus eadem, prorsus vnica, prorsus  
 illa ipsa. In eadem essentia Diuina simplicissima,  
 eademq; ac plus quam vna & vnica: inueniuntur  
 perfectiones (attributa aliàs dici, vsus est) Deo &  
 eius Essentiâ dignæ: quæ in semetipsis, non sunt  
 reuera perfectiones essentiæ, quasi quidpiam aliud  
 ab essentia, & perficientes essentiam: sed sunt re-  
 ipsâ, & reuera ipsamet Essentia; ita vt sicut Deus  
 est per essentiam Deus, ita quoq; per essentiam sa-  
 piens, per essentiam omnipotens, per essentiam  
 bonus, iustus, clemens, verus, viuens, immensus.  
 &c. Et sicut essentia eius, est Diuinitas eius, sic etiam sa-  
 pientia eius, sit Diuinitas & essentia eius, omni-  
 potentia eius, sit Diuinitas & essentia eius, omni-  
 potentia eius, sit Diuinitas & essentia eius. Bo-  
 nitas eius, sit Diuinitas & Essentia eius: sicq; de  
 alijs. Insuper verò (& sequitur ex prædictis) Sa-  
 pientia eius, est omnipotentia eius, est iustitia, est  
 bonitas, est veritas eius. Insuper etiam Sapientia  
 eius, est actus Sapientiæ eius, omnipotentia, est a-  
 ctus omnipotentia eius. iustitia & misericordia est  
 ipsa actus iustitiæ ac misericordiæ eius. Insuper  
 adhuc actus sapientiæ eius, est actus iustitiæ eius.  
 Actus iustitiæ eius, est actus misericordiæ eius. a-  
 ctus sapientiæ, iustitiæ, misericordiæ eius, est actus  
 omnipotentia, veritatis, bonitatis eius; quia omnia  
 quæ in eo sunt, nec omnia sunt, id est plura, nec in  
 eo sunt quasi ab eo & eius essentiâ alia, sed sunt  
 idem & vnum realiter & essentialiter; & ille vnus  
 ac idem, est ista omnia, quæ scilicet nos concipimus  
 vt plura, & quæ dicimus omnia, cum in eo sint ab-  
 solutè vna, eademq; essentia & Diuinitas, illa om-  
 nia.

Noster ergo modus concipiendi, cogitandi, con-  
 templandi, explicandi Deum & essentiam natu-



ramq; eius, & contenta in Essentia eius, hunc in-  
 modum partitur. 1. Concipit essentiam & Natu-  
 ram, quæ est vna, vnica, vnitasq; Deitas, Diuini-  
 tas, Deus. 2. Concipit personas tres. Patris & Fi-  
 lij & Sancti Spiritûs. Pater à nullo originem nisi ex  
 seipso habet. Filius est Patris Filius, naturâ na-  
 scens, vnigenitus: idemq; Verbum. Idem & Im-  
 ago. Coæternus, consubstantialis Patri, ex eius es-  
 sentia per intellectum nascens ab æterno, & sem-  
 per, & in æternum. Spiritus Sanctus, est Patris &  
 Filij Spiritus, non natus vt Filius, non factus vt  
 creatura, non à se vt Pater, sed procedens & spir-  
 atus à Patre & Filio, ex Patre & ex Filio, non tamen  
 quasi à duobus distinctis principijs, sed quasi ab  
 vno. 3. Concipit attributa seu perfectiones Natu-  
 ræ essentiæq; in existentibus, eiq; quasi accidentibus,  
 & eam veluti perficientes, complentesq; (licet re-  
 uera sint ipsamet identicè essentia) & concipit eas  
 quasi alias, tum ab essentia, tum à semetipsis inui-  
 cem. quasi Sapientia sit alia à bonitate, hæc à po-  
 tentia, ista à iustitia, hæc rursus à misericordia,  
 sicq; de alijs: cum tamen omnes istæ perfectiones  
 sint vna eademq; perfectio, vna eademq; entitas,  
 vna eademq; & ipsamet Deitas ac Essentia. 4. Cõ-  
 cipit earum perfectionum quosdam veluti gradus,  
 ac latitudines extensionis & intensionis. Ita concipit  
 Sapientiam seu scientiam existentium, aliam  
 futurorum, aliam possibilem, aliam conditiona-  
 torum, aliam necessariorum, aliam liberorum seu  
 contingentium, aliam visionis, aliam intelligentiæ  
 simplicis. Sic etiam concipit voluntarem aliam bo-  
 nam, aliam beneplacentem, aliam perfectam, a-  
 miam absolutam, aliam permissiuam, aliam exter-  
 nam, aliam internam, aliam essentialem. Sic eti-  
 am concipit iusticiam, aliam distributiua, aliam  
 vindicatiua, aliam legalem. Sic concipit poten-  
 tiam, aliam creatiuam ex nihilo, aliam producti-  
 uam ex præiacente subiecto, aliam naturalis ordi-  
 nis opera,



nis opera, aliam supernaturalis operantem. &c.  
 5. Concipit in Deo prædictarum perfectionum Di-  
 ninarum veluti exercitationes atq; actus tum ad  
 extra in creaturarum bonum emanantes à Deo. de  
 quibus in præcedenti promissione dictum est: tum  
 ad intra in ipsomet Deo veluti operantes, Deum-  
 que id quod est, Deum scilicet facientes, omni bo-  
 no explentes, glorificantes, beatificantes, satian-  
 tes, & omne, quod nulla mens capit præter Diuinā  
 eidem bonum absolutum omnimodumq; conte-  
 rentes. Sic E. G. Sapiencia Dei eminentissimè fa-  
 cit Deum sapientem. comprehendentem, adæquā-  
 tem scibilitatem omnium scibilium. dans quasi se  
 Deo in lucem intelligentiæ per se subsistentem, pa-  
 rem omnibus cognoscendis & cognoscibilib9. ipsa  
 verò cognoscibilia omnia eidem Deo, ex eodem  
 Deo, inesse reperiens & ostendens: quo fit vt neq;  
 lucem intelligentiæ, neq; ipsam intellectionem, ne-  
 que obiecta intelligibilia aliunde habeat, sed à se-  
 metipso hauriat, vel potius ipsemet sibi omnia ista  
 sit, substantialiter, & per se subsistenter sit simul  
 deniq; & vno eodemq; indiuisibiliter & essentiali-  
 ter actu sit; quamuis noster intellectus in hoc a-  
 ctu essentialiter tam vno quàm immenso & æter-  
 no & simultaneo, propter inadæquatam & man-  
 eam concipiendi suam facultatem, ordinet priora  
 cognita, prioresq; cognitiones, deinde posteriores  
 &c. alias alijs quasi succedentes. Hoc modo dici-  
 mus nos, Deum per suam sapientiam infinitam, seu  
 infinita claritate pellucentem & penetrantem omnia  
 cognoscibilia, in quavis conditione, cognoscere  
 primum (in primo signo rationis loquuntur The-  
 ologi) atq; comprehendere comprehensione abso-  
 lute plenā, propriam essentiam, processiones per-  
 sonarum, procedentesq; ipsas personas Diuinas  
 Patris quidem à nullo, Filij verò à Patre tantum.  
 Spiritus autem Sancti ab vtroq; . 7. Dicimus De-  
 um cognoscere in alio seu secundo signo rationis,

per eandem sapientiam suam ab omni æternitate, & in omnem æternitatem omnia possibilis: quæ possibilium omnium omnimoda cognitio, promanant Deo, ex vi prioris cognitionis, Essentiæ nimirum suæ, in qua eminenter latent, continentur, representanturq; omnia iam dicta possibilis. 3. Dicimus Deum suâ sapientia cognoscere & comprehendere perfectissimè omnia illa, quæcunq; siue creabilis potentia, siue iam creata qualibet vis, facultasq; efficere potest. 4. Dicimus Deum per suam sapientiam cognoscere & scire ea omnia, quæcunq; fierent, posita quæcunq; conditione, atq; combinatione, præsertim ex parte liberi arbitrij, rerumq; illi subiectarum; in quo est infinites infinita varietas, perinde vt infinitis motibus atq; modis & excitari potest arbitrium liberum, & conditiones circumstantiarumq; variari & combinationes fieri.

5. Dicimus Deum per suam sapientiam cognoscere, omnia absolute futura, cum suis & in suis omnibus circumstantijs, per omnem æternitatem: quâ cognitione gubernat Deus mundum hunc vniuersum in hoc tempore, & gubernabit post finem horum sæculorum, postq; iudicium mundi vniuersale peractum, per omnem æternitatem. *Cum Christus tradiderit regnum Deo & Patri, & cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem.* Ecce quomodo sapientia Dei, vnica licet in se, idèque quod Deus est in se, multiformis est tamen, secundum quod à nobis cognoscitur: quia nullatenus potest cognosci sic, quomodo est in se. Posses autem hunc ipsam in modum disputari de alijs Diuinis perfectionibus, quæ in Deo idem penitus sũt, tam secum, quàm cum Deo, sed à nostra inadæquata cognoscendi (præsertim verò res Diuinas) ratione, aliter cognosci nequeunt, nisi diminutè, nisi afficta multiplicitate, nisi apposita distinctione.

His ita ebalbutitis à nostra infantia de Deo, deq; illius essentia & personis & perfectionibus atq; proprie-

proprie  
seu qua  
nis st u  
diante  
omni o  
persona  
sacra do  
festas r  
nitæq;  
merus  
uelatas  
quam,  
tuere,  
absorb  
matur  
mus an  
atomu  
mari æ  
Licebi  
sentia,  
q; com  
termin  
proprie  
ue per  
suisq;  
singul  
Etiani  
ebulli  
cebit  
tus est  
ex par  
Deum  
to De  
creati  
met D  
confi  
peten  
cand



proprietatibus, & de earum seu distinctionibus, seu quasi operationibus multiplicibus, licebit cuius studioſa ſpiritualium theſaurorum animæ, mediante intentione voluntatis ſuæ, inferre ſe, cum omni obſervantia & dilectione in Deum, in Dei perſonas, proprietates, operationes, tam nobis ex ſacra doctrina notas, quam etiam nunquam mani- feſtas reuelatasq; nobis, quarum in immenſa infi- nitæq; perfectionis Deo, innumerabilis reſtat nu- merus neceſſariò, quandoquidem earum, quas re- uelatas habemus reſtricta ſatis eſt copia. Licebit in- quam, in eas ſeſe inferre, inter eas domicilium ſta- tuere, in ijs demorari, intra illas diſperire, ab eis abſorberi, atq; transformari; perinde vt transfor- matur abſorbeturq; atomus aquæ in mari vini, ato- mus arenæ in mari auri, atomus aëris in mari ſolis, atomus rei, in mari vniuerſi, atomus temporis, in mari æternitatis; atomus nihili in mari Eſſentiæ. Licebit etiam tota Dei, & iam aliquomodo ſua Eſ- ſentiâ, totis & omnibus Diuinis proceſſionibus at- q; communicationibus internis, totis proceſſionū terminis ſeu perſonis Diuinis, totis omnibusque proprietatibus & attributis, totis attributorum ſi- ue perfectionum perfectionibus, gradibus, exten- ſiuisq; ac intenſiuis capacitatibus, totis & omnibus ſingulisq; perfectionum communicationibus & a- ctuationibus, & tam in Deum, quam extra Deum ebullitionibus, & quaſi influxibus effluxibusq; li- cebit dico, hunc in modum *Toto*, quantus quan- tus eſt à parte rei, & eſſentialiter in ſe, quantusque ex parte noſtra moduloq; noſtro, Deo magnificare Deum, amare Deum, exaltare Deum. Licebit *To- to* Deo, Deum velle, non tantum ſibi, non tantum creatis omnibus, etiam poſſibilibus, ſed etiam ipſi- met Deo, imò maximè ipſimet Deo. agnoſcendo & conſtendo Deum Deo, laudando Deum Deo, ap- petendo Deum totum, toti, & toto Deo. dignifi- cando Deum totum, toto Deo, totaq; dignitate & diguifi-



dignificatione Dei. Zelando Deum totum, toto Deo, & toti Deo. ambiendo & amplexando Deum totum, toto Deo. offerendo Deum totum, toti & toto Deo. elargiendo toti Deo, Deum totum, toto Deo, tota eius in seipsum largitate, profusione, propensione, prodigalitate. Beatificando Deum totâ beatitudine & beatificatione Dei, quâ seipsû beatum facit, quâ ipse in seipso, ex seipso, seipso beatus est. Possidendo Deum totum, toto Deo, fruendo Deo, toto ipso Deo, totâq; fruitione Dei. Congratulando & congaudendo totum Deum, toti Deo, toto Deo, totis bonis eius, totis gaudijs eius, totis gratulationibus eius, quibus ille gaudet & congaudet, gratulatur & congratulatur seipsum Totum sibi, nempe Pater & Filius & Spiritus Sanctus: qui est vnus super omnia benedictus Deus in sæcula.

O admirandam occupationem creaturæ in Deo! o stupendam coniunctionem! o ineffabilem communicationem! o piè præsumptuosam vsurpationem! o incogitabilem Dei ad suam creaturam dignationem & inclinationem! o excessiuam creaturæ sublimationem! Quis capiat, quis eloquatur, quis attentare præsumat, vsq; eo, vsq; adeo creaturam subintrare suum creatorem. vsq; adeo illam se Deum ipsum facere, se in Deo deperdere, seu in Deum transmutare, vt iam quasi omni perfectione Dei perfecta sit, omni bonitate Dei bona sit, omni Charitate Dei amet, aut etiam amor sit. Omni Sapientia Dei sapiat, omni voluntate Dei velit, omni potentia Dei potens sit. omni iustitiâ Dei iusta sit, omni misericordiâ Dei misericors sit. omni Diuinitate Dei Diuina sit & Deus quodam modo sit, & quidem ipsi Deo sit. Quid aliud faciunt, quid aliud habent, quid aliud sunt beati, quando sunt Beati? Quid aliud est Deus quando est Deus, & quo est Deus, nisi quia ipsi sibi omnia sua totus est Deus. At Deus est sibi essentialiter & naturaliter & necessa-

& necessa-  
nima qu  
Deo, est  
tentione  
Deus, c  
amission  
pulsion  
de lege  
tus: vt  
vt semp  
cum tro  
us, nisi

Ego  
am supe  
bit iust  
in poten  
solius

pronun  
nium D  
chium t  
tiam u  
quâ fec  
Domin  
deorsu  
nima c  
bus Do  
& pasc  
tu salu  
quiren  
adhuc  
exaltab  
mea in  
qui pla  
Dei no  
senect  
esse, cu  
No  
succur

& necessariè Deus. Animæ autem & creaturæ, anima quoq; & creatura, est Deo, est in Deo, est ex Deo, est propter Deum, dilectione, voluntate, intentione, charitatis ardore, est Deus, voluntariè est Deus, conuertibiliter est Deus, cum formidine, amissionis, cum horrore abiectionis, cum metu expulsiõis & derectiõis est Deus. Talis est enim de lege absolutâ, imò & ordinariâ, huius vitæ status: vt nunquam liceat esse absq; metu & timore. vt semper opus sit salutem æternam operari nos cum tremore. Verumtamen non derelinquit Deus, nisi derelinquentes se.

*Ego autem semper sperabo in te Domine & adijci- am super omnem laudem tuam, Os meum annuntia- bit iustitiam tuam, tota die salutaræ tuum. Introibo in potentias Domini. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius Deus docuisti me à iuuentute mea & vsq; nunc pronuntiabo mirabilia tua. Et vsq; in senectam & senium Deus ne derelinquas me: Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est. Potentiã tuam & iustitiam tuam Deus, vsq; in altissima quæ fecisti magnalia. Deus quis similis tibi? Nemo Domine nemo, neq; in Cælo sursum, neq; in terra deorsum, sed tamen qui diligit Dominum, eius anima cognoscet nimis. & pascetur de diuitijs omnibus Domini Dei sui. & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet; quia Dominus humiles spiritu saluabit, & propè est omnibus in toto corde requireribus eum. Et ponet eos iuxta se, qui autem adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Et tunc exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia vberis. Neq; hoc solum verum qui plantati sunt in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebut. & adhuc multiplicabuntur in senecta vberis. Non enim potest senectus vber non esse, cui datur in misericordia vberis esse.*

Non ergo grauetur virtus omnis, neq; animus succumbat corpori, sed quantumuis domus nostra huius

*Psal: 70. 14.*

*Psal: 91. 10.*



huius temporis dissolui incipiat, & minetur ruina, ob hoc ipsum anima solutior, & quasi mox educenda sit de custodia ad consistendum nomini Domini, respiret in misericordias Domini: & leuans se super se, iam nunc incipiat consuescere apud Dominum esse, cum Domino esse, in Domino esse. Sit ei diuersorium in templo, sit colloquium in prece, sit vita in ieiunio: & dierum noctiumq; temporibus indefesso deuotionis obsequio, quamuis corporis agnoscat sententiam; senectutem, pietatis tamen nesciat ætatem. Imò tanto solutiori & solertiori in Deum festinet appetitu, in Deo maneat sedulitate, ex Deo ditescat cupiditate, hauerat totum Deum studio: sibi pereat, Deo sit, & uiuat plenitudine: ut iam nunc assuescat ad ea officia in terris, quibus non ita multo post distinebitur, & beatificabitur per totam æternitatem in cælis: iam hic ditescat Deo, saginetur, pinguescat Deo, tota, fiatq; totus ac solus Deus, qui in proximo tam illi, quam electis omnibus, futurus est omnia in omnibus, atq; per omnia & super omnia Deus.

Quæris. Quomodo fiet istud? Ad quod dico, & compendiosissime dico, sed scienti amanter, & amanti scienter Deum dico. Dic ergo.

Sanctissima Trinitas vnus Deus & Pater noster, qui es in cælis Toto te, (toto me) sanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Vel ita breuius. Deus meus Toto te, amo te. Vel ita. Deus, Toto Te, volo, (gaudeo, gratulor, elargior) Tibi omnia tua. omnia digna te, dignè te. Toto Te Domino, Te volo Tibi & mihi & omnibus propter Te.

Hæc similia uè in sensu suo supra iam explicato, dic millies in horas, ad singulas spirationes spira in vita, & Totus Deus, erit toties, erit tantus, erit totus, erit Deus. erit tantum à Te (quasi tamen non à te, sed à Deo ipso se) erit inquam volutus, laudatus, ama-



us, amatus, exaltatus, glorificatus, donatus, dotatus, totalizatus, essentialatus, gratulatus, & existentiatus? quantum est, & quantus est, ipse ex seipso realiter sibi, & quotquot habet in se, ex se, eminenter, formaliter, essentialiter, identicè, æquivalentia omni multitudini, ab ipso se cogitabili.

Et est ne aliqua possibilis cupiditas, aut avaritia, aut fames fitisue tanta, quam non expleat Deus totalitate suà? Et potestne vel in aliquo, vel in ipso etiã Diuinò corde enasci desiderium desiderijq; simul implementi maius Dei, quàm hoc, per quod, ipsi Deo, ipso Deo, & desideratur, & desideratus donatur, totus Deus. Potestne glorificatio & exaltatio Dei, vel ab alicuius, vel ab ipsius etiã Dei affectu & studio fieri maior, vberior, explerior, quàm hæc, per quam totus ipse Deus, ipso toto Deo glorificatur & exaltatur? Nunquid nam videris ô Animæ: quia *omnis locus*, etiã ipsa essentiæ Dei abyssus, ipseq; quantus est Deus: quemcunq; voluntatis & intentionis vestræ: Amoris, desiderij, studij, conatûsq; vestri, *pes calcauerit, vester erit, vestra possessio erit, vester thesaurus erit, vester thesaurorum cœlestium oceanus imò abyssus erit.*

*Deut: 11. 24.*

*Ponite ergo corda, & desideria vestra, in virtute, & liberalitate immensa Domini Dei vestri: & ne deficiatis. Congregate sicut in vtre* (nam quid est aliud cor hominis & creaturæ cuiusuis, ad diuitias & liberalitatem Domini) *aquas maris, & haurite de abyssis Domini thesauros. quoniam Dominus est ponens in thesauris abyssos.*

*Psal: 47. 14.*

*Psal 32. 7.*

qui exhauriri non poterunt  
in æternum.

PROUI.

# PROVISIONVM

## SENECTVTIS

### Pars Tertia.

**E**Xpeditis duabus partibus Prouisionum Senectutis. restat tertia expedienda. in qua stimuli admoūendi sunt Mentibus nostris, ad procurandas omni cum diligentia, infatigabiliq; cum assiduitate & feruore, eas omnes, quas iam adduximus, proposuimus, laudauimusque Prouisiones. Adspiret utinam Deus conatibus nostris, tam in exponendis quæ agenda sunt: quàm in exequendis, quæ exponenda sunt. Tres in classes stimulos istos partimur, secundum trium iustitiæ Christianæ partium rationem. ita vt sint stimuli desumpti, alij à via purgante, alij à proficiente. alij deniq; à perficente. Esto itaq;

## Classis Primæ

### Stimulus I.

#### *Conscientia Obligationis.*

**N**aturaliter & magis etiam supernaturaliter nobis indita impositaq;. Ad hoc enim à Deo factore nostro conditi, & ipsa conditione ordinati sumus, omnes vt obligemur ipsi eidem Deo ad seruitutem, & obedientiam & voluntatis eius sanctissimæ accuratissimam adimplerionem. *Hæc est autem voluntas Dei. Sanctificatio vestra, ait Apostolus. Sancti*

1. Thef: 4. 3.

*Sancti estote: quoniam & ego Sanctus sum.* loquitur Dominus. Attendenda sunt verba & signanda. præcepta. Apostolus voluntatem Domini, Dominus verò ipse Exemplum suum proponit. Ibi obedientia, hic imitatio exigitur; Sed Sanctitas nostra, est affectio sancta ad Deum scilicet & ad Diuina omnia, nempe voluntatem, gloriam, imitationem vitamq; æternam, in qua est vltima & perfecta cõsummatio obligationis nostræ. Quisquis ergo se facturam Dei agnoscit, sentiat obligationem, exhibeat voluntatis executionem, præter exempli imitationem, tendat & in tendendo ne torpeat, sed potius in dies horasq; amplius ferueat ad vitam æternam. *Odit enim Deus noster rapinam in holocausto,* torporem in suo obsequio, tarditatem in cursu, procrastinationem in brauiio, obliuionem in debito, aberrationem ab Archetypo. Quid multa? Obligauit te Deus: amplius ne aliquid requiris? adhuc ne quasi onager liberum te natum puras? Ecce insaper deficit te tempus, imò illud iam iam accipit Deus; iam lampas tua extinguitur, iam ingruit nox longa: tu adhuc dormitas? adhuc nectis moras? adhuc in annos feruorem laboris differis? cui dies vna non satis certa est?

Isa: 61. 8.

## Stimulus II.

### *Conscientia Peccatorum.*

**A**dmissorum à prima pueritia, eorumq; grauium & multorum & scienter, volenter, malitiosè, ex animo repetitè admissorum. Parum tibi erant ad onus, debita naturæ: adiunxisti etiam malitiæ seu volütatis malignæ. Ecce omnia ista signata sunt, quasi in sacco apud Deum. Vnicum peccatum detraxit in profundum inferni Apostatam Angelum: quid facient de te tua innumera, eaque natura sua partim vni illi paria, partim etiam longè grauiora. Remedium à pœnitendo est. pœnitendi tempus multum multa peccata grauiasq; requirunt,

x

quirunt,



quirunt, tuum autem tempus iam breue est. Ergo vt in breui tempore poenitendo expientur peccata graua & multa, explenda sunt tibi in breui tempore multa. Hoc autem segnities, hoc procrastinatio, hoc mollis poenitentia, hoc vana spes & praesumptio non faciet. Paratus est Deus semper dare veniam, sed si tu semper a commissis delictis agas poenitentiam. Nam qui in cras differt poenitere, probat se hodie adhuc velle peccare: quod iram Dei prouocat, & in crastinum dilata[m] eneruat, imò impedit poenitentiam. Nam qui cras poenitentibus veniam promisit: diem crastinum ad poenitentiam non promisit. Porrò ille benè poenitentiam agit, qui tempus in quo adhuc peccare potuit, in peragenda poenitentia transigit.

### Stimulus III.

#### *Conscientia exigua Poenitentia.*

**P**eractæ pro peccatis grandibus & mole, & numero, & malitia: vnum hoc, quòd in Deum peccaueris, omnis naturæ iudicio inexpiabile est; sint licet cætera leuiora: Iracundiore sono in fratrem crepuisse, fatuum appellasse; iudicio & gehènali supplicio dignum iudicauit ipsa Aequitas: in Deum si peccasti, nihil grandis supplicij promeruisti? poteris hoc osculo manus tuæ expiare? Satis delicatè decreuit, qui dixit. *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* terreat hoc in collatione voluptatis peccati cum grauitate supplicij: at in comparatione peccantis hominis (qui est putredo & vermis & caput canis mortui) cum Deo, cuius maiestatis & magnitudinis non est finis, numquid vlla satis erit, nõ dico æqualitas, sed vel proportio? Metire igitur te qui peccasti, & eum in quem peccasti, & tunc finem condignæ poenitentia, mensuramq; inueni. At Deus ipse, tantum rigorem non requirit. id quidem bonitatis eius est. Nunquid autem te Bo-

nitas

*Matt. 5. 22.*

*Apo: 18. 7.*

st. Ergo poenitentia eius ad audaciam peccandi, & ad ignavia  
 peccata poenitendi adducere debuit? Si pecuniam credito-  
 i tempo- ri deberes, & ille multum tibi ex summa debita  
 raffina- condonaret, nihil tibi condonatio ad debitum pe-  
 & præ- cuniaz, multum verò ad gratitudinis officium ad-  
 er dare- deret. Sed quando illata iniuriaz contemptusq; fa-  
 tis agas- cti enormiter reus es, quanto minora exigit qui læ-  
 nitere, sus est, tanto te constituit maioris iniuriaz contem-  
 id iram- ptusq; reum; quia te ostendit immanius peccasse  
 at, imò in adeò mansuetum atq; placabilem, minusq; &  
 itenti- minus fuisse lædendum. diligentius autem & studi-  
 niten- osius placandum. Ergo augenda tibi sunt poeniten-  
 entiam- di studia & opera. tum quia peccatum est plurimū,  
 uit, in- tum quia in Deum tantum, abs te tantillo pecca-  
 tum. cui ut vel pro minimo delicto satis fiat: toti-  
 us aternitatis poenitentia non sufficiat.

### Stimulus IV.

#### *Conscientia Dubia remissionis.*

**S**criptum est monitum quibusdam poenitenti-  
 bus licet. *Cum extenderitis manus vestras, auer-  
 tam oculos meos à vobis. Et cum multiplicaueritis ora-  
 tionem, non exaudiam.* Narrat quoq; Sacra Histo-  
 ria de quodam poenitente & dicente. *Iustum est*  
*subditum esse Deo, Et Mortalem non paria Deo sentire.*  
 quid ad poenitentiam defuisse huic putes? audi ta-  
 men quod sequitur. *Orabat autem sceleratus hic Do-  
 minum, à quo non esset misericordiam consecuturus.*  
 Vide Iudam traditorem. *Nonne poenitentia ductus,*  
*retulit argenteos, & proiecit in templo, & confes-  
 sus est. Peccavi tradens sanguinem iustum.* Nihilom-  
 minus *laqueo se suspendit.* Deniq; pronius est inue-  
 nire tales, qui innocentiam conseruauerunt, quam  
 qui post peccatum condignam poenitentiam ege-  
 runt. Vnum Dauidem inuenies, qui postquam dixit  
 Peccavi, audiuit. *Dominus transfudit peccatum  
 tuum à te.* At Caimos, Saulos, Antiochos, Iudas  
 quam plurimos, quorum poenitentia ipsa poeniten-

*Isa: 1. 15.*

*2. Mach: 9. 7.*

*Matt: 27. 3.*

*2. Reg: 22. 30.*



Matt: 7. 21.

Eccl: 19. 23.

Prov: 26. 11.

da & impœnitens fuit. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cœlorum*, neque omnis qui dicit mihi peccavi, assequitur remissionẽ peccatorum. *Est enim non vnus, qui se nequiter humiliat: interiora autem eius plena sunt dolo*. Vel quia non peccare metuit, sed ardere; vel quia pœnitentiam agit, non quia peccauit, sed quia peccare iam nequit, vel quia licet pœniteat, tamen affectu ad peccatum adhæret, atq; in procinctu est, vt canis ad vomitum redeat: vel quia pœnitendo plus damna sua, quàm iniurias Dei deplorat. Non quilibet ergo pœnitentia, est pœnitentia, sed multæ sunt pœnitentiæ pœnitendæ. Quare cautè ambula, & vide, ne aliquando, ne sæpè te pœnitentiam agente, fuerit in spiritu tuo dolus. Saltem nunc charitas te pœnitere inuitet, charitas pœnitere doceat, charitas tecum pœniteat. charitas peccata expendat, charitas exhorreat, charitas desleat, charitas erubescat, charitas detesteretur, charitas exurat, charitas operiat, charitas expiet, charitas ab animo, ab affectu, in æternum proscribat, charitas ex nunc absq; dilatione mortem peccatis indicat & inferat. Procrastinantem enim pœnitentiam, charitas vera non nouit, sicut lux tenebras, aut vita mortem. sed sicut ad exortum lucis nox fugit, ita ad præsentiam charitatis peccata de corde præcipitantur & eliminantur.

## Stimulus V.

*Conscientia timenda remissionis.*

2. Reg. 12. 13.

**D**Auidi pœnitenti dictum est, quòd Dominus transtulisset peccatum suum ab eo: & nihilominus additum est illi. *Verumtamen quia fecisti blasphemare inimicos Domini, propter verbum (peccatum) hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur*. En peccatum dimissum, & tamen quasi non dimissum esset, castigatum est; & causa addita, *quia fecisti blasphemare inimicos Domini*. Grandis causa,

forem.



formidanda causa, paucis & raro nota, paucioribus  
 æstimata causa. Nota erat Dauidi remissio, & ta-  
 men timenda fuit remissio. Quid sanctius Moyse,  
 Aarone & Samuele? priorum duorum defectum  
 coram Domino nouimus, postremi nullum omni-  
 nò legimus, & tamen de omnibus his dicit Dauid  
 laudans iustitias & misericordias Domini super  
 eos. *Deus Tu propitiu fuisi eis & vlciscens in omnes*  
*adinuentiones eorum.* Tantis suis amicis Deus & pro-  
 pitia batur, & tamen in omnes eorum defectulos  
 vlciscebatur. Iam verò veniat in considerationem  
 illud quod Sapiens monet. *De propitiato peccato,*  
 (aliàs de propitiato peccatorum) *noli esse sine me-  
 tu.* Etsi enim Dona Dei sunt apud Deum absq; pœ-  
 nitentia, neq; Deus retractat verbum suum: at-  
 tamen sæpè numero apud se restringit verbum su-  
 um: & conditionem apponit, quam non semper  
 exponit: sed non nisi per residuum inflictæ pœnæ,  
 manifestam facit. Accedit quòd Deus paulò seue-  
 riùs peccata nostra ponderat, quàm nos vulgò so-  
 lemus. ad maioresq; & plures, & diuersi generis  
 pœnas ea taxat, quàm nos credimus. Neq; verò sè-  
 per quoties pœnitentibus nobis peccata relaxat.  
 Deus, toties totas omnesq; pœnas relaxat: sed æ-  
 ternam quidem temporali commutat, tempora-  
 lem autem non vnã assignat, quandoq; autem ex  
 eis neq; vnã condonat, quandoq; condonans vn-  
 ãam vel alteram, alias tamen referuat. Neq; sem-  
 per est (imò raro est) nostra talis pœnitentia co-  
 ram Deo, vt adæquet iustitiam taxamq; iustitiæ  
 Dei: quocirca partem & sæpè modicam nostra  
 satisfactio abolet pœnæ, reliquum remanet à Di-  
 uina vindicta exigendum. Quibus pœnis à Deo  
 taxatis, annumerandæ sunt, ac simul præ omnibus  
 metuendæ, atq; vt expientur per nos curandæ pœ-  
 næ spirituales: dictæ ira Deo: quia per eas spiri-  
 tus noster, id est, Homo spiritualis & interior à Deo  
 flagellatur. flagellatur verò subtractione, ex toto,  
 vel ex

*Psal: 98. 8.*

*Eccl: 6. 7.*

t mihi Do-  
 neque o-  
 emissio-  
 quiter bu-  
 dolo. Vel  
 quia pœ-  
 ia pecca-  
 nen affe-  
 u est, vt  
 ndo plus  
 on quæ-  
 d multæ  
 ambu-  
 rentiam  
 m nunc  
 ere do-  
 ccata,  
 at, cha-  
 is exu-  
 itas ab  
 aritas  
 dicar  
 tiam,  
 as, aut  
 fugit,  
 e præ-  
 minus  
 ihilo-  
 feciss  
 (pec-  
 ietur.  
 limif-  
 ia fe-  
 caula,  
 orami-

vel ex parte opportuna gratiæ, occasionum tentationum uè permissione, in ijs derelictione, lapsuum permissione, obduratione cordis, excæcatione mentis, &c.

Hæ pœnæ spirituales infiguntur à Deo sæpè, & non pro mortalibus tantum noxis, nec etiam pro venialibus culpis solùm, sæpè inferuntur etiam pro non culpis, etiam pro omiſſis inculpabiliter dispositionibus ad auxilia & aduentum gratiæ, sæpè pro tardato solùm aditu ad Deum, pro dilata tantum apertione cordis pulsanti Deo.

Habet ergo conscientia vnde timeat vel ipsam remissionem peccatorum suorum. Habet vnde timeat seipsam leuissimè peccantem, accuratè pœnitentem, atq; etiam ne quidem peccantem, vix certè delinquentem. Quod cum ita sit, semper quidem & omnes quidem stimulare conscientia sua debet, vt non sint sine metu, at reuera illis maximè hic stimulus opus est: quos vicina viuendi meta percellit metu. Decet enim hos, vt quàm maximè vrgeant exsolutionem, quando se vident vrgeri ad resolutionem. Qui enim adhuc vegeti sunt, malè quidem, attamen quasi rationabiliter peccant in spe, dum procrastinant, at quibus iam tempus resolutionis suæ instat, hi non nisi irrationabiliter, ac proinde inexcusabiliter atq; & damnabiliter vocem Corui Cras, Cras, occinunt.

### Stimulus V I.

#### *Conscientia peccatorum venialium.*

**D**icit fortè tibi (ô Homo) conscientia tua. Gratiâs Deo: non mihi mortalium conscius sum. Venialia quæ sola sentio, non me damnabunt in perpetuum. Quia enim venialia sunt, facilem habent apud veniæ Dominum & condonationem & expiationem. Hæc qui dicit atq; sentit ignorantia & tepiditatis filius est, *de gente exasperante, de populo graui corde processit.* Veniale peccatum non tam est parui.

*Psalm. 4. 3.  
Iacob. 2. 5.*



est parui faciendum, quia veniale; quàm potius  
formidandum est, quia peccatum est. Mittamus  
hoc (quod tamen præcipuè in oculis haberi debet  
à veris Dei seruis) quòd peccatum est veniale in  
Deum tamen sit, & ei displiceat, & Spiritum San-  
ctum contristet, & gratiæ spiritum seu spiritus gra-  
tiam extinguat, & mulam animæ labem scabiem-  
que inducat, & auxilium Dei speciale efficaciq; re-  
pellat, & sternat complanetq; viam facillimam ad  
mortales lapsus, & mentem excæcet, & cor obdu-  
ret, & spirituales sensus hebetet atq; obtundat,  
mittamus hoc totum: illud expendas (mi homo)  
peruelim. Cares peccatis mortalibus, & sola venia-  
lia in te agnoscis. die quæso, estne hoc multa &  
magnæ gratiæ Diuinæ auxiliantis protegentisq; ac  
vigilantis circa te, & super te? negare non potes,  
nisi impijssimus æquè ac ingratisissimus. Est ergo  
gratiæ copiosæ, amplæ, singularis: carere mortali-  
bus iam te iudicem ipsummet volo. Estne hoc bo-  
ni ac veri filij Dei: abundare Diuinis auxilijs co-  
piosis & præstantibus, & nihilominus scatere pec-  
catis venialibus? An putas Deum, qui te à mor-  
talibus protegit, velle à te per venialia offendi, ir-  
ritari, conspurcari, contemni? Audistine aliquân-  
do Patrem, qui dicat. Fili mi, liberum tibi esto, cæ-  
dere, vulnerare, lapidare, irridere, despuere, luto,  
cæno, sordibus me oblinire. contemptim habere,  
in oculis meis omne genus ingratiarum agere: so-  
lum parricidium vide ne commiseris, caue ne me-  
vitâ spoliaueris. Homo, qui peccata venialia sicut  
aquam bibis, qui solis te illis scatere pænè gloria-  
ris, penè gratias agis. tu videris talem tibi Deum  
tuum Patremq; tuum effinxisse: cui tantum par-  
ricidium mortalis culpæ displiceat, culpas autem  
tuas veniales vtrò abs te exposcat. Domine: co-  
ne vsq; insipientiæ & improbitatis, amici tui, filij  
tui, sponsæ tuæ deuenient: vt ijs peccare in te ve-  
nialiter pro magna tua in eos gratiâ fauoreq; sit?



O monstrum ignorantiae simul & tepiditatis & ingrati-  
tudinis! Sine peccatis quidem esse non possu-  
mus, sicut neq; sine morbis, atqui non ideo mor-  
bos vltro quaerimus, immo repellimus, fugimus &  
fugamus. Non ergo etiam ideo peccata venialia ad-  
mittenda vel dissimulanda sunt, sed potius & fu-  
gienda & effuganda, & persananda & expianda o-  
mni ratione sunt omnibus quidem: at certe omni  
sobrio iudicio iudice, ijs vel maximè, quos cum-  
annis etiam tempus viuendi, simil ac venialibus  
delinquendi deserit. Ne à Deo inueniantur tunc  
primum desisse venialiter peccare, quando defecit  
eos tempus, quo possent peccare. Potius hoc agat,  
vt spatia peccandi, occupent actione & labore pro  
peccatis suis venialibus accuratè pœnitendi, & quâ  
plenissimè Deo satisfaciendi,

### Stimulus VII.

#### *Conscientia Mortis aduenientis.*

**N**auigatio est vita hominis super terram. tam-  
diu in mari nauigatur, quàm diu ad portum  
non peruenitur. Inuecta est in portum naus, ces-  
sat nauigatio, exitur de naui, exportantur quæ in  
naui uehebantur. Et in mari quidem nauigantes,  
non raro declinant in portum ingredi, sed in vita  
hæc qui nauigant, velint nolint ad portum mortis  
accedunt, eumq; intrant mercesque exportant.  
Portus maris non ubiq; est, portus vitæ ubiq; est,  
ubiq; enim ad mortem perueniri potest. O quanti  
putarunt, se vix dum soluisse: putarunt se adhuc  
in medio Oceani spatari, & ecce inuenerunt se  
in portu: an potius naufragio mortis? Et tamen  
cum hoc omni momento penè homines oculis ma-  
nibusq; vsurpent, cordibus suis ne capillum extre-  
mum hoc tenent: cum in omni puncto vitæ, mori  
se posse certò sciant; viuunt tamen ad eò securi,  
curas & studia & cupiditates, in ad eò longas desti-  
nant moras, quasi aut nunquam morituri sint, aut  
paciùm

paſſum cum morte quoddam in annos perennes inierint. Et hoc faciunt non florentes tantum iuuenum, aut robuſtæ virorum ætates, ſed etiam ſeneſcentium, etiam ſenum, etiam ſeneciorum tremuli caligantesq; dies. Audire mentionem mortis horror eſt illis, & iræ materia, qui ſunt mortuis quàm viuis penè ſimiliores, propè vicinioreſ. Hæc verè ſtulta ſeneſtus eſt, eſſe in fine viuendi, nec tamen videre finem viuendi. velle longam vitam, cuius nec ſpem habere poſſint longam. Illa eſt præclara ſeneſtutis Sapientia: providere non tam futuris, quàm iſtantibus: amandare curas & cogitationes longæ vitæ proprias. aſſumere eas, quas faciendò æternitati proſpiciant. extendere vitam magnis & multis factis atq; meritis, & breuitatem dierum ſæculis admetiri: Hoc igitur agamus, quotquot morti ſeneſtute appropinquamus.

### Stimulus VIII.

#### *Conſcientia reddenda DEO rationis.*

**O**Mnibus quidem incumbit lex iſta: *Redde rationem villicationis tuæ.* & illa. *Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium.* *Vt recipiat vnusquisq; prout geſſit in corpore.* At tamen ſenibus ea lex incurrit in os, & incumbit ſupra ſcapulas humeroſq;, grauans eos ad terram uſq;: vt velint, nolint, ſepulchri locum quærant aſſiduò. Iſtis enim propriè ſeruit quod addidit Dominus villico iniquitatis. *Iam enim non poteris amplius villicare.* *Non poteris amplius villicare:* quia te iam incipiunt anni grauare, & non tantum villæ, ſed etiam vitæ gerendæ ineptum reddere. Age ergo quisquis iam ſorte ſeneſtutis viuis. Delibera tecum dum adhuc tempus eſt. *Quid faciam?* Dies mortis iſtat, diem mortis comitatur iudicij particularis paſſus timendus & anguſtus, poſt hoc reſeruator dies iudicij: dies illa, dies iræ; dies, amara valdè. ibi tribulabitur fortis. ibi deorabitur

Luc. 16. 1.

Hebr. 9. 77.

2. Cor. 5. 10.

astutia sapientis. ibi diuitiæ & gloriæ proderunt, nulla. ibi preces & lachrimæ steriles. ibi minæ terrebunt iudicem nulla. gratiæ lenient vltorem nulla. In illa *infus vix saluabitur, & impius peccatorq;*

*1. Petri 4. 18.* *Vbi parebunt?* Intret ergo homo quotidie, quauis hora, quauis vitæ portione, in Iudicium cum seipso, & suo Iudicio sui, præueniat iudicium Diuinum de se. Qui enim se iudicat, Dei se iudicio subtrahit: qui autem non iudicat se, iudicio Dei reseruat se. *Si nos ipsos iudicaremus, non vtiq; iudicaremur.* ait Apostolus. Ex quo vltorius sequitur, quod quali nos iudicio iudicamus, à tali nos iudicio subducimus. Si rigidè iudicamus nos, rigidè non iudicabimur à Domino, sed placidè, tale enim iudicium reseruauimus, qui rigidum præoccupauimus. Contra si nobis in iudicio de nobis blandimur, blandè non iudicabimur à Deo, sed rigidè, tale enim iudicium reliquimus Deo. Vnde hic etiam seruit illud Domini nostri. *Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam, in vitam æternam custodiet eam.* Amat animam blandus iudex sui, sed hoc ipso perdit eam, quia rigido iudicio Dei reseruat & exponit eam. Odit verò & perdit animam suam, qui rigoroso sui iudicio examinat, diiudicat, accusat, damnat eam: sed hoc ipso eam reseruat, quia placido Dei iudicio eam reseruat. Nemo ergo præposterè amet se, nemo parcat sibi. Nemo metuat assumere in se personam Iudicis Christi, dum viuit; & dum morietur non subeat personam Christi Iudicis, quàm meritò metuit. Statuat se & accuset & erubescat apud iudicium suum, vt euadat accusationem confusionemq; apud Tribunal Diuinum. Nonne satius est coram vno se confundi, & tamen absolui, quàm coram iudice Deo, spectatore toto mundo, & patescere, & pallefcere, & tamen in æternum perire? Timet stultus homo oculos vnus, nempe etiam sui ipsius & non attendit, quia quondam manifestandus est oculis Christi, & simul

*1. Cor. 11. 31.*

*Ioan. 12. 25.*

sim  
tè re  
nes  
nemo  
litam  
mur  
à nob  
occu  
facia

ST  
Sm  
bus,  
belli  
mili  
feruu  
luit  
Stan  
luti  
sect  
mæ  
nim  
num  
tute  
Har  
mni  
ex li  
à D  
vinc  
prop  
stiff  
qua  
est t  
dam  
hab  
veru



Annul mundi totius. Sed hic metus, minor, vt potè remotior, sit apud iuuenes: cur vero apud senes, aliterq; morti vicinos neglectui esse debeat, nemo facile causam inueniet idonea: prater inolitam vulgò ad talia hominum socordiam. Iudicemur à nobis, vt non iudicemur à Deo, damnemur à nobis, vt absoluiamur à Deo. Inueniat nos Deus occupatos in iudicio nostri, vt nos iniudicatos abire faciat in vitam æternam ab iudicio suo.

### Stimulus IX.

#### *Conscientia promeritarum pœnarum*

**S**tipendia peccati mors; & quidem cum omnibus Rom. 6. 23.  
 Mortis tum anteambulonibus, tum comitibus, tum pedissequacibus. Quasi enim quidam belli (contra Deum) ductor est. Peccatum, cui militat omnis peccator. *Qui enim facit peccatum, seruus est peccati.* & iste militibus, siue seruis suis soluit stipendiâ, Mortem. Mortem temporalem cinctam omnibus miserijs huius vitæ, quæ omnes veluti additiæ mortem principem, principalemq; cõfessantur, comminanturq;. Mortem deinde Animæ Spiritualem: quoniam peccatum est mors animæ, priuatio gratiæ, & Amicitia Diuinæ, venenum charitatis & omnis virtutis, Traditio in seruitutem diaboli, & possessionem pabulumq; inferni. Hæreditatio damnationis æternæ. eradicatio omnis meriti & iuris ad vitam æternam, æternum exilium à Deo, irreconciliabilis auersio, & rebellio à Deo. Malitia omni peior malo, cuius pœnæ & vindictæ, nullus infernus, nulla damnatio sit satis: propter quod æterna illi assignatur punitio ab iustissima æquitate Dei: vt quæ castigari satis nunquam possit, semper castigationi sublit. Atq; hoc est tertium stipendium Peccati Mors, scilicet, atq; damnatio æterna. habens amissionem Dei æternâ, habens ardores & combustionem æternam, habens vermem, qui non moritur in æternum. habens despera-

Apo. 14. 11.

desperationem, furorem, rabiem æternam, habens mortem immortalem, immortalitatemq; mortuam. habens cibum & pastorem mortem æternam. habens maledictionem æternam, habens societatem supplicij, cum diabolo, & angelis eius æternam. habens salitionem ignis æternam. Age iam homo: peccasti? ecce hæc sunt stipendia tua: quæ tibi numerat Dominus tuus. Non te delectant ista stipendia? non etiam ergo delectent te peccata tua. Non vis *vt ascendat fumus tormentorum tuorum peccatorum in secula seculorum?* hoc age nunc, vt nunquam non ascendat coram Deo deploratio, & detestatio & expiatio, & digna per omnes gradus penitentia peccatorum tuorum. En iustitiæ Dei, æternitas tormentorum inferni ad scelera tua vindicanda non sufficit: tibi ad eadem in hac vita deploranda, tantillus penitentia (utinam non & ipsius penitentia) luctus propè momentaneo tempore decursus sufficiet? Pro Superi! Peccator reseruat penitentiam suam in extremum vitæ halitum: & in eo se abundè credit persoluturum, tam omnem in Deum, & coram Deo reatum, quàm totius æternitatis supplicium. Quis credat veram huic inesse penitendi voluntatem, qui adeo perfunctoriam credit sibi suffecturam penitentiam? Non est quidem impossibile apud Deum omne verbum, nec est abbreviata manus Domini ad miserendum. Non est tamen voluntaria procrastinatione abbrevianda coram Deo penitentia. Brevis enim penitentia, vt plurimum leuis est, & quæ sera est, raro vera est. Deniq; hostis hominis est diabolus, qui seram breuemq; laudat & suadet penitentiam. Deus est autem, qui & citam & longam & seriam severamq; desiderat, requirit & probat acceptatq; penitentiam. Ad causam vtriusq; penitentia decidendam, satis præiudicij adferunt sui Auctores. Nemo sanus, dubia, securis præposuit.

Stimulus.

*Conscientia damnorum Spiritualium.*

**A**D poenas spirituales peccatorum nostrorum rursus reuoluor, vt earum metu, imò conscientia, animam segnescentem ad expianda fugiendaq; mala, ad procurandum feruendumq; in bonis extimulem. Ad poenas peccatorū non tantum mortalium, sed etiam venialium, ac ne talium quidem etiam occasionum & causarum, Iustus Deus, pertinere debere arbitratus est, poenas spirituales: quæ maxime consistunt in subtractione auxiliorum Dei efficacium singulariumq; & animæ necessariorum ad euitanda peccata grauiora, ad cauendas vel vincendas tentationes & occasiones periculosas, ad peruincendas difficultates tam à diabolo quàm ab alijs creaturis, quàm ab ipsius animæ habitibus affectibusue consurgentes. ad videnda & declinanda pericula lapsuum, ad aggrediendum perficiendumq; feliciter præclara Diuini obsequij opera, ad promptè, commodè, flexibiliter obsequendum voluntatibus Diuinis, ad continuandum bona, ad progrediendum ad optima, ad perseuerandum in perfectis & arduis, ad obtinendam victricem congruamq; suauitatem voluntatis, ad excludendam duritiam cordis, & stuporem cæcitatemq; mentis, & derelictionem Diuinæ specialis protectionis. Sitne aliquid his poenis & damnis animæ periculosius & perniciosius: puto quod vt explicetur fusius nemo desiderabit, Irrogat Deus huiusmodi poenas, occulto sed iusto nimis iudicio suo. Vel ob peccata non tam in se, quàm in voluntaria deliberataq; voluntate grauia. Vel ob scandalosè in plures propagata durantia, duraturaue per imitationem. Vel ob deductos deterritosue multos, aliquosue ab obsequio Domini, perfectionis studio &c. Vel ob pluries (contracto habitu, audaciore animo, oppresso remorsu oblatratuq;



blatratuq; conscientia, dissimulatis vel spreto Di-  
 uinis motibus) eadem commissa, ommissaue cum  
 profectus damno, cum laudis gustusq; Diuini im-  
 minutione. Vel ob minus integrè minusue dili-  
 genter ac minus seuerè retractata, iudicata, casti-  
 gata suppleta delicta, & neglecta. Vel ob tardatã  
 aut etiam negatam Deo in suis gratijs, pellationi-  
 bus, suasionibusq; obedientiam. Vel ob periculo  
 alicui expositam animam conscientiamq; ac men-  
 tis puritatem, ex inconsideratione, ex præsentia  
 sui viriumq; suarum, ex studio placendi, seu non  
 displicendi creaturæ. Vel ob admissas inconsultè,  
 bonas licet in specie vel etiam re curas importunas,  
 superfluas, à Dei congressu & consortio mentem  
 præpedientes Deumq; excludentes. Vel ob vehe-  
 mentiore[m] ampliore[m]q; iusto effusionem, adha-  
 sionem, zelotypiam, spiritus & affectus, in rem,  
 causam, personam, alioqui obligatoriam de se. Vel  
 ob tardam Diuinæ opis inuocationem. Vel ob ma-  
 iusculam in se, in aliãue creaturã depositam fiduciam.  
 Vel ob seram perfunctoriamue gratitudinem  
 & gratiarum actionem Deo. Vel ob præposterè  
 (esto specietenus necessariò) præposita Diuinis hu-  
 mana creaturæ. Vel ob immisericordem aliorum  
 censuram in lapsu aut tentatione eorum. Vel ob  
 nimiam suimet, ac super alios eleuati donis naturæ  
 vel gratiæ reputationem: vt dicat sibi de se: *Non  
 sum sicut ceteri hominum.* Vel ob minus humilem  
 reuerentemq; in tractando Diuina, aut cum Deo  
 familiaritatem. *Deus enim noster ignis consummens  
 est: si nimium appropinques, adureris.* Propter  
 hos aliosq; similes occultissimos cordis nostri an-  
 fractus & prauitates, oculatissimus Deus atq; spon-  
 sus, amicus licet sibi animas deserit, & subtractio-  
 ne sui castigat. Genere pœnæ admodum tristi, in-  
 cognito, ideòq; maximè periculoso. Quandoque  
 enim talis pœna desinit vsq; in mortalem, vsq; in  
 finalem ruinam, ac perniciem, quod quis ambigit  
 horren-

Heb. 12. 29.

horren-  
 preben-  
 et? In-  
 nera  
 piam  
 precab-  
 dendi  
 depre-  
 na Di-  
 am pr-  
 donat  
 reput-  
 anima  
 planè

Q  
 ignis  
 æterni  
 tuunt  
 serico  
 Est q  
 terno  
 am el  
 gatori  
 (dem  
 terna  
 am, q  
 acerb  
 tem in  
 ridicu  
 reput  
 gatori  
 ius vi  
 paran  
 torij r

horrendum esse maximè? *Et quis vestigia Dei comprehendet & vsq; ad perfectum omnipotentem reperiet? In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Qui etiam si babuero quispiam iustum, non respondebo, sed iudicem meum deprecabor.* Et hæc est vna, ne dicam sola ratio euadendi spiritualia Dei flagella. Humillima scilicet deprecatio. deuota operatio, cauta, oculata, Diuina Diuinorum tractatio, rigida in semetipsum etiam pro minimis, etiam pro antiquis, etiam pro cõdonatis, etiam pro occultis, etiam pro inter iustitias reputatis, etiam pro alienis, etiam pro neglectis animaduersio. quàm differre non minus est, quàm planè negligere periculosum.

Iob: 11. 7.

Iob: 9. 17.

Ibid: 15.

## Stimulus XI.

### Conscientia Purgatorij.

**Q**uia Deus æterna peccatis debita supplicia, in pœnas temporales Purgatorij præsertim ignis commutat: ideò homines contenti euitasse æterna supplicia, purgatorium vsq; adeò non metuunt, vt etiam exoptent, & inter felicitates misericordiasq; Domini reputent, ad eas deuenisse. Est quidem misericordix Dei deputandum pro æterno supplicio, pœnâ puniri temporaneâ: at etiam est iustitix Diuinæ, pœnas temporales & purgatorias ita exacuere, vt quantum ad substantiam (demptâ æternitate) exæquent acerbitate sempiternas. Irridet ergo aut ignorat Diuinam iustitiam, quisquis leuè repurat purgatorij pœnam: quæ acerbitate sui, par est per omnia infernali. Si autem infernalis cruciatus, vel ad horam toleratus ridiculus esse creditur, restat, vt neq; Deus iustus reputetur. In summa: grauiores sunt pœnæ purgatorij, quàm vulgò reputantur; quibus nullæ huius vitæ, neq; simul plures, neq; simul omnes comparari possunt. Proinde quisquis se pœnis purgatorij reseruat, quisquis eas hac in vita expiare medijs con-

dijs congruis non curat, hic vel inter mente captos, vel inter suimet ipsius hostes computandus est. Tu si sapiis, ante mortem tibi purgatorium facito, nihil in te inexpectatum negligito, quantum potes vè coram Deo assidue absq; obligatione culpæ & pœnæ viuas, satagito, quotidiano cordis balneo, ex iustitijs miserationibusq; Dei, ex sanguinibus Meritisq; Christi, ex doloribus & affectibus in Deum tuis confectio, cor tuum a quotidianis maculis debitisq; eluito: quin etiam supererogatorijs operibus, arbitrarijsq; pœnis, Animæq; tuæ sacrificijs, debitorum tuorum mensuram supergredi contendito.

- Psal.* 111. 7. Talis in morte, ab auditione mala non timebis: &  
*Psal.* 90. 3. asperum verbum non audies: etsi transieris per  
*Eccl.* 51. 6. ignem: odor ignis non erit in te: & flamma non  
 nocebit tibi. Alioqui aduersarius tuus (conscientia) traderet te Iudici, iudex autem tortori, qui te in  
*Matt.* 5. 25. carcerem mittet, ibi erit fletus & stridor dentium.  
 Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas ad nouissimum quadrantem. vniuersum debitum.

## Stimulus XII.

### *Conscientia paucorum bonorum Operum ac Meritorum.*

- Apoc.* 3. 17. **D**icebat quidam in corde suo: diues sum & locupletatus, & nullius egeo. audiuit autem à veritate iudice. Nescis, quia tu es miser, & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus. En quam diuersa iudicia, Hominis & Dei de vno eodemq; homine: quem oportebat vtriq; esse notissimum. Nam nemo nouit quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est. Et Deus quoq; est is, qui nouit quid sit in homine, & scrutatur corda & renes. Attamen mendaces filij hominum in stateris. Iudicia autem Domini vera, iustificata in semetipsa. Non ergo homo facile vel sibimet ipsi de seipso attestanti credat, non facile cum Pharisæo bona sua gloriabundus reco-



aus recogitet. Sit potius vir *videns paupertatem su-*  
*am.* sit potius inspiciens scrinia sua, & videat ad-  
 modum pauca reposita esse ibi bona opera atq; bo-  
 na merita sua. Rara est etiam inter electos Dei,  
 Apostolica illa vox. *Bonum certamen certavi, cursum*  
*consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mi-*  
*hi corona iustitie.* Nostrum cuiquam licet eam confi-  
 dentiã vti? Pauca merita habere me, dicitur mihi  
 conscientia mea: quia serò nimis ea operari cœpi,  
 quia pauca & rara feci: quia comparatione malo-  
 rum quæ patraui bona admodum pauca sunt: quia  
 comparatione auxiliorum & mediiorum, quæ infini-  
 ta ad manum obuia habui, prorsus pauca sunt;  
 ita ut vix respondeat vnum opus bonum auxilijs &  
 medijs, & commoditatibus mille: quia compara-  
 tione aliorum, tam ante me, quàm mecum operan-  
 tium in Dei vinea, ego prorsus inopiã bonorum la-  
 borum laboro, cum ceteri opulētissimi ab eis sint.  
 quia deniq; comparatione mercedis mihi à DEO  
 promissæ, merita mea bona, vix vnã vnciam mer-  
 cedis gloriæq; mihi in æternum destinata adæquãt.  
 Cùm ergo adeò inops meritorum sim, cumq; eti-  
 am breues dies vitæ meæ iam sint: nunquid parua  
 mihi incumbit necessitas sanctè & perfectè viuendi,  
 strenuè atq; heroicè laborandi, avarè ac insa-  
 riabiliter cœlestia bona coaceruandi? Nunquid  
 excusabilis ero vel ipsimet mihi, si segnis fuero?  
 Nunquid aliud tempus merendi mihi superest, si  
 hoc præsens infructuosum perdidero? *Egestatem*  
*operata est manus remissa;* velox autem in opere  
 suo affluet bonis. *Manus enim fortium diuitias par-*  
*at.*

2. Tim: 4. 7.

Prou: 10. 4.

Ibid.

### Stimulus XIII.

#### *Conscientia bonorum imperfectorum.*

**S**int mihi bona opera multa: pauca; sint modò;  
 esse aliquantum satis poterit, ad solatium, ad fi-  
 duciam, ad mercedem. Sed ecce conscientia ne-  
 scio quid

Apoc: 3. 2.

scio quid immurmurat dicens. *Non inuenio opera tua plena coram Deo meo.* Quid est non inuenire opera plena coram Deo? Est utiq; habere bona quidem opera sed imperfecta, sed imperfectè peracta, sed scitentia nãuis, sed infecta circumstantijs ingratiss, sed polluta inquinamentis mentis. Ecce in illo opere præcessit operationem ignauia aut tergiuersatio, aut excusatio, aut humanus pudor metusue: aut spes humanæ laudis, aut sponso mercedis. Nunquid purum est? Iam illud opus aliud factum est oscitanter, tepidè, cum cessatione, ad oculum. Aliud imperauit minus recta & pura intentio, peractioni eius accessit, finem eius conclusit, inquinatus proprietate finis. Nunquid bonum perfectum est? Illud opus infecit complacentia, illud iactantia, illud super alios elatio, illud imprudentia in fine, medijs, modo, loco, tempore. Illud inchoatum studiose, sed defecit constantia. illud iam mercedem suam recepit, æternam à Deo atinist. Nunquid & hoc placere, nunquid cælum intrare potest? Argumentatio Domini hæc est neq; potest solui scriptura. *Si offeratis caecum ad immolandum nonne malum est? Et stoffemis claudum Et languidum, nonne malum est? Offer illud Duci tuo, si placuerit ei, aut si suscepit faciem tuam? Pergit autem vigere Dominus. Quis est in vobis, qui claudat ostia, Et incendat altare meum grãtuitò? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus. Et munus non suscipiam de manu vestra.* Et putat quis, quia remunerabitur talia munera? quæ nec dignatur accipere. Illud verò apud Isaiam nonne idem sonat? *Ecce in ieiunijs vestris inuenitur voluntas vestra.* Videsne ô homo, bona non esse bona, si eis adhæserit quæpiam conditio non bona? Ergo iam interroga conscientiam tuam, immò attende attestantem illam: quia non inuenit opera tua plena coram Deo: quia *dies pleni non inueniuntur in te. Habe ergo in mente qualiter acceperis, & audieris,*

Mal: 1. 8.

Ibid: 10.

Isa: 58. 3.

Psal: 72. 10.

Et au  
laue  
scies  
age  
ne ag  
Dei

N  
pleri  
perda  
quid  
ditio  
pus q  
quan  
nemo  
nemo  
multi  
Redin  
sione  
ne ei  
lud, &  
per q  
cund  
Eteni  
um ei  
rissim  
de tra  
stra, in  
comm  
adeo v  
certè  
ris, ni  
it tem  
per iad  
Sed De



**E** audieris, **E** serua **E** age pœnitentiam. Si non vigi-  
laueris, Veniet (Dominus) ad te tanquam fur, **E** ne-  
scies quâ horâ Veniet ad te. Quiesce agere peruersè,  
agere tepidè. agere cum nausea Domini: Disce be-  
ne agere: diligenter, feruenter, accuratè, iuxta  
Dei cor & gustum agere.

163

Apoc: 3. 3.  
Isa. 1. 17.

#### Stimulus XIV.

##### *Conscientia elapsi temporis.*

**N**ec elapsi tantum, verùm etiam perditì: quid  
verò si etiam perditè elapsi? Parum est enim  
plerisq; nostrum, si perdamus tempus, nisi etiam  
perdamus nos ipsos cum tempore. Et tempus  
quidem perit, perditio autem manet, & cùm per-  
ditio sit, tamen perditionem non subit. O tem-  
pus quàm es vile? quàm tibi pretium nemo ponit?  
quàm multi gaudent etiam te sibi perijisse! quàm  
nemo est, qui damna temporis non fecerit? quàm  
nemo qui illa etiam vtrò non accerserit? quàm  
multi implent præposterè illud Apostoli monitù:  
*Redimentes tempus.* Redimunt enim multi perdi-  
tionem eius, quia soluant pretium pro perditio-  
ne eius, sumptibusq; non parcunt, vt perdant il-  
lud, & agunt tam sumptuosè quàm & studiosè ea,  
per quæ plurima est perditio illius. O Sapiens se-  
cundum Deum: in hoc sapias vt redimas tempus:  
Etenim magna portio sapientiæ, magnum artifici-  
um est, scire vti, & re ipsa vti rectè tempore. Du-  
rissimum Deus exercet iudiciũ cum hominibus  
de transactò, sibi dato tempore; Sicut de vita no-  
stra, ita & de tempore nostro ratio reddenda est.  
commixta enim est tempori nostro nostra vita,  
adeò vt tempus nostrum, sit penè ipsa nostra vita:  
certè neq; lucrum, neq; damnum patimur tempo-  
ris, nisi simul & subeamus vitæ. cùm enim efflu-  
it tempus, eripit nobis simul & vitam. Et nos stulti  
per iacturas temporis, arbitramur nos lucrari vitã  
Sed Deus eodem calculo computat nostrum tem-

Eph: 5. 16.



*Psal: 74. 3.*  
*Tibr: 1. 35.*

*1. Cor: 7. 29.*  
*Apoc: 19. 9.*  
*Iob: 10. 20.*  
*Gal: 6. 10.*

pus & nostram vitam. perditum tempus & perditam vitam. Quidni, ergo si sapio, immò, quidni sapio tandem & æstimo & redimo & lucror tempus, vsi simul lucreretiam vitam. antequam Deus accipiat & vocet aduersum me tempus: & statuat illud contra me, audireq; faciat quærimonias eius de me. exposcentisq; vindictam ex me: quia non in eo pretio, non in eo vsu, non in ea obseruatione, non in ea dispensatione fuit apud me: qualem fuisse, & ipsa vita, & professio vitæ, & obligatio status, & propositus finis, & commoditas obtinendi finis, & elapsio velocissima, simul ac incompen-sabilis ipsius temporis. exigebat à me. Ecce iam ipsi anni mei, ipsa conditio corporis, valetudinisque meæ, in horas atq; momenta inelamant auribus meis. *Tempus breue est. Tempus non erit ultra. Breues dies hominis. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Ergo dum tempus habemus operemur bonum, operemur bonum bene, operemur studiose, copiose, assidue, infatigabiliter, insatiabiliter, incessanter. per hoc redimentes, per hoc extendentes, per hoc multiplicantes, per hoc fenestre, lucrosam, pretiosam, superabundans facientes nobis tempus.*

### Stimulus XV.

#### *Conscientia Confusionis & Insultationis.*

**C**onfusionem ipsa faciet, ipsa sentiet, ipsa etiam menti animæq; ingeret conscientia. Accusabit enim ipsa se, atq; conuincet negligentia, insipientia, inobedientia, ad Deum, ad rationem, ad fidem, ad seipsam, in negotio salutis, in negotio æternæ Beatitudinis, in negotio Diuinæ gloriæ ac voluntatis, in negotio seu potius periculo sempiternæ damnationis. de quibus omnibus veluti ludens, aut somnians, aut aliud nescio quid agens curam habuisse arguetur. Hæc confusio est quidem totius vitæ labor, at præcipue infestare consuevit

fūerit moribundos, morientesq; & iam iam ante  
 tribunal Christi sistendos, quando iam nihil cura-  
 rum præsentium obstrepet, nihil obrundet aciem  
 mentis & conscientie, sed omnia in luce, omnia in  
 facie proposita & in oculis, patebunt Christo, pa-  
 tebunt & Angelis Sanctisq; eius, patebunt daemo-  
 nibus, ipsi conscientie deniq; patebunt. Tunc ve-  
 ro vndiq; proclamabitur. Ecce homo & opera eius.  
 En vineam Domini vitemq; electam, *qua expecta-* *Isa. 5. 2.*  
*batur ut faceret vinas: fecit autem labruscas.* En fi-  
 cum, quæ in optimo Ecclesie Dei agro consistit,  
 plantata, putata, adulta, nec per biennium, neq;  
 per tricennium protulit fructum bonum. Agrico-  
 læ, nec quidem proprio sanguini ad rigandum  
 ad stercoreandum illam parcenti. Venient etiam *Luc. 13. 8.*  
 tot industrie & gratie Diuine, per Angelos, per  
 homines, per alias creaturas, per Sacramenta, per  
 documenta, per exempla ceteraq; media caritatis  
 prouisa. quæ omnia suum laborem exponent, fru-  
 ctum exigent, sterilitatem inuenient, securim ad  
 excindendum exacuent. Putasne o anima, pu-  
 tasne o conscientia, capiesne & comprehendes,  
 quæ tibi tunc confusio, quæ angustia, quis pudor  
 superueniet? Quid autem erit, si ad hæc accedet  
 (accedet verò indubitatè) tot inimicorum tuorū  
 iuratorum conglobatorum insultatio. quando om-  
 nibus in vnum adductis, hinc quidem sanctè &  
 perfecte viuendi subsidijs, debitis, commoditati-  
 bus: illinc verò tepore in summo atq; inueteratā  
 ignauia, probrosā inconstantia, putidissimā pro-  
 crastinatione, abominabili lentitudine, omnibus  
 exactis vitæ diebus simul ac operibus: amaritudi-  
 ne omni amarioribus vocibus diabolica phalanx,  
 audiente & assentiente iudice Christo, totoq; coe-  
 lesti eius comitatu, approbante magis, quam mise-  
 rante, exprobrans insultabit, insultans exprobra-  
 bit: *Domine nonne bonum semen seminasti in agro*  
*istius? Unde ergo habet zizania? Quid debuit ultra fa-*  
*cere si-*



ere vinea iſti Dominus, & non fecit ei? Etece quomodo conuerſa eſt illi in prauum vinea aliena? Ecce quomodo in terra ſanctorum iniqua geſſit? Ecce quomodo in loco pinguedinis. in ſterilitate defecit. in ſchola claritatis didicit tepiditatem & acediam. In ſchola humilitatis, didicit ſuperbiam, in ſchola paupertatis, exquiſiuit abundantiam. in ſchola mortificationis & crucis, mollis facta eſt & delicata. In ſchola ſilentij, garrula, murmuratrix, oblocutrix facta eſt. In ſchola obedientia, propria ſeruiuit voluntati, in ſchola manſuetudinis iracundiam exercuit. In ſchola deuotionis & feruoris, in negligentia & ſocordia conſenuit. Hæc dicent: & ſic inſultabunt, *aperientes ſuper te os ſuum; omnes inimici tui, ſibilabunt, fremunt dentibus, & dicent. Deuorabimus. En iſta eſt dies, quam expectauimus, inuicimus, vidimus.* Et quid ad hæc conſcientia? quid ad hæc anima? quid ad hæc o homo, ſi quando inſultatione inſultabunt tibi, & conſument te, & deuorabunt te dracones inferni morſu amariffimo. Nunc ergo audi conſilium Domini: tepiditates tuas feruoribus redime: negligentias tuas, dilaciones tuas diligentij & feſtinatione. Non ceſſet manus tua, non ceſſet pedus: fac quod dico, & temetipſum libera: quia incidifti in manum proximi tui: *diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebre tue. Erue re quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis.* Nunc igitur dum ſuperat tempus, libera te o conſcientia mea, à tua propria confuſione: libera etiam te, à diabolica inſultatione, ſt auertantur ſtatim erubeſcentes, qui volunt tibi mala, qui dicunt tibi Euge, euge. Exultent autem & latentur in te omnes, qui querunt te, & dicant ſemper. *Magnificetur Dominus: qui diligunt ſalutare tuum.*

**Thi: 2. 16.**

**Deut: 32. 24.**

**Prov: 6. 3.**

**Yſa: 69. 4.**

Clasſia



# Classis Secundæ.

267

## Stimulus I.

*Ipsa Ingruens vel Urgens Senectus.*

**F**A quidem est Senectutis prerogatiua, vt hominem quem afficit, a plerisq; humanæ vitæ officijs, operibus quoq; bonis æquè ac malis absoluat. Prudentia tamen vt plurimum præ omnibus ætatibus in senibus viget, vna ex virtutibus: sicuti Philargyia seu auaritia vna ex vitijs inualescit. Vtrumq; horum, si ad spiritualia studia conferat senilis voluntas: vix vlla erit ætatum virtuti & perfectioni paranda, diuitijsq; spiritualibus ac Diuinis conquirendis, magis idonea. Nihil enim optabilius in negotiatione Spirituali auaritiâ & infatigabilitate in conquirendo. Nihil quoq; necessarium magis, prudentiâ consilio, discretione in studio stadioq; ad vitæ æternæ brauium, per viam virtutum absq; offensa decurrendo. Optima ergo & securissima studijs cœlestibus, diuitijsq; ac negotijs Diuinis pertractandis & comparandis senectus est. Cui si addideris deuotionem mentis, vnctionem Spiritus, & abundantiam præsentis gratiæ cum cæteris auxilijs ab ipso statu copiosè & connaturaliter suggeri solitis, itemq; cum melioribus habitibus in antegressa vita conquisitis, facillima, feracissima, suauissima est Senectutis in decurrendo perfectionis tramite, vita. Accedit spes confirmans, simul roborans & extimulans, appropinquantis metæ, & cum metæ brauij æterni sese de proximo iam iam ostentantis & veluti vltro in manus protensas, deferentis. Quæ spes senectuti est valde connaturalis & propria, cum alijs ætatibus sit naturâ suâ remotior. Et si enim etiam iuniores citò mori possint: senes tamen diu viuere, proinde mercedem expectare laborum diu non possunt.

L 4

Sicut

Sicut autem spes qua differtur affligit animam, & facit languescere operantem, sic e contra, spes vicina mercedis exhilarat desiderium, confirmatq; manum etiam defessi operarij. Quisquis ergo te senescere pensentis, exere & exerce prudentiam, exacue & exaspera famem sitimq; avaritiae ad concupiscendam iustitiam, collabora gratiae. & spe vicina retributionis hilaresce.

## Stimulus II.

### Damna Præterita.

Ibid. 1. 2.

Ibid. 6. 12.

**A**vdite hoc senes & auribus percipite omnes habitatores terræ: super hoc narrate filijs vestris, & filij vestri filijs suis, & filij eorum generationi alteri. Residuum eruca comedit locusta, & residuum locusta comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij & fete & blulate omnes. Ecce ista cantilena indicitur senibus: quia præcedens ætas eorum omnis, quæ in messem multam nimis excrecere agricolæ cœlesti sperabatur & debuit: deluxit spem omnem eius: & confusum est gaudiū eius à filijs hominum. abierunt omnia in populationem & vastitatem, & in pastum erucæ, locustæ, bruchi, rubigini. Audire ergo iubentur auribusque percipere, vt saltem in decliuore ætate sapere incipiant, & præteritorum annorum suorum negligentias, omissiones, perfuntoria & ad oculum peracta obsequia, fraudulenter facta Diuina opera, elusas cœlestis Patrisfamilias spes, & vota; non adimpletas promissiones, ædificij spiritualis posita sed minime perfecta fundamenta, consummare adlaborent, damna sarcire, fructus cum fanore reddere, pecuniam Domini & talenta negotiationi impendere, & vel vnicā Domini mnā, decem mnas Domino acquirere & exhibere connitantur. Oportet meminisse sermonum Domini Iesu, quibus ille crebrò & graphicè nimis suam in exigendis damnis, sibi per nos ipsa sterilitate & infructuositate



oſitate bonorum, illatis, ſterilitatem auſteritatem-  
que deprædicat; adeo vt non diffiteatur ſe *ibi etiã*  
*metere cupere, ac ſolere: Vbi non ſeminauit.* Nonne  
immanem inquit horrorem, & metum & ſolici-  
tudinem, maledictio illa directa *in ſculneam, non*  
*habentem ficus* quas carperet eſuriens Dóminus:  
non obſtante, neq; excuſante apud illum, quod  
tunc nec dum eſſet tempus ficorum?

169

Matt: 25. 24

Mor: 11. 13.

### Stimulus III.

#### Pretium bonorum ſalutarium.

Quatuor ſunt pretioſiſſima hominum bona:  
duo horum Naturalia Tempus & vita. duo  
ſupernaturalia. Sanctificans gratia & Beatitudo  
æterna. Priora duo poſterioribus ſunt deputata  
in obſequium & acquisitionem: ita vt non niſi Tẽ-  
pore & vitã præſenti conquiri poſſint Gratia Di-  
uina & Gloria æterna. Quidquid aliud habet mũ-  
dus in diuitijs ſuis, nihil eorum proſicit ad Grati-  
am & Gloriam, ſolùm Tempus & vita præſens eam  
habet à Deo inditam conditionem, vt quantum-  
cunq; ex his impenditur acquisitioni illorum, tan-  
tum ex illis acquiratur & obtineatur. Et quia pre-  
tium Sanctificantis nos gratiæ Dei, tantum habet  
pretij in æſtimabilitatiſq; coram ipſo Deo, vt mini-  
mum gratiæ granum, ſuperet in ſuo pretio totius  
mundi pretium, eſto mundus eſſet totus gemme-  
us gemmiſq; repletus: Pretium autem gratiæ aſſe-  
ctatur exceditq; etiam pretium æternæ gloriæ,  
cuius & conſecutio & auctio admeſſuratur poſſeſ-  
ſioni augmentoq; gratiæ, & quidem cum exceſſu  
proportionali. ad minimum in proportione dupla  
(vt communiter ſenſus eſt Doctórum) inde fit; vt  
Tempus vitæq; præſens, ſuppar pretium mereatur  
& acquirat ex eo, quia his, & in his ſolis duobus  
medijs acquiri & exerceri & augeri poteſt gratia,  
huicq; ſecundum proportionem ratam etiam cœ-  
leſtis gloria. Videant ergo Mortales, quàm parci-  
L 5 quamq;



quàmq; sobrij esse debeant dispensatores temporis & vitæ suæ præsentis, & rursus quàm auari & insatiabiles conquistores gratiæ & gloriæ Diuinæ, in tempore vitæq; præsentis: quibus solis durantibus & impensis, illæ acquiri possunt & augeri: quibus solis elapsis & finitis acquiri nihil ampliùs & augeri potest per omnem æternitatem. Quare nec vitæ, nec temporis particulam, quantumlibet minutam, parui quisquam æstimet, aut otiosè (id est sine merito & augmento Gratæ atq; Gloriæ) elabi sibi permittat: sed totum quidquid ei de vtroq; superest, in mercatum Gratæ Gloriæq; & lucrum conuertat.

### Stimulus I V.

#### *Occasionum & Mediorem plurima Oportunitas.*

**N**on sunt tot occasiones lucente sole oculis ad videndum, quot sunt bonæ oportunitates menti nostræ, ad benè, sanctè, meritorie, fructifere operandum. Etsi enim oculus illuminatarum rerum plurimas videat. tantum tamen illuminatarum consorcio seu conspectu potitur, quæ autè luce non perfunduntur, hæc oculis non subiacent. Similiter quæ ad alios sensus pertinent, hæc sub aspectum oculorum non cadunt: ac verò sub meritoriam sanctamq; operationem voluntati cordiq; nostro, omnia Diuina, omnia humana, omnia creata subiacent: modò velit pia voluntas libertate officioq; suo fungi, & fungendo non languere, auxiliaq; Diuina sibi vtrò semper parata, quin & semper illam excitantia sollicitantiaq; ad benè agendum, & æterna promerendum, otiosa, & cassà sibi elabi non sinere. Nisi enim hoc ita esset: nunquam Apostolus præciperet: *Omne quodcumq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.*

Non

*Coloss. 3. 17.*

Non  
Sine  
tis,  
pher  
est la  
mater  
solem  
& plu  
nocte  
maris  
proce  
minac  
orbem  
uunt,  
interr  
tùs su  
exord  
tam g  
inueni  
insciti  
dam et  
veritat  
*Deum*  
*æterna*  
ram oc  
ini nur  
nataru  
ad salu  
ini pa  
abusu  
ad ista  
tualiu  
rum. T  
ignauia  
operam  
omnia  
cru...

Non etiam idem ipse repeteret monitum suum.

171

1. Cor. 10. 31.

*Siue ergo manducatis siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Non item Propheta Rex ad laudandum Deum prouocaret, hoc est laudandi Dei, sibiq; cœlestes opes emerendi, materiam & occasionem faceret, Angelos, Cœlos, solem, lunam & stellas, & volucres cœli, & nubes, & pluias, & rotes, & æstus & frigus, & diem & noctem, & Maria & fontes, & flumina & pisces maris, & grandinam & niuem & glaciem & spiritum procellarum, & ventos & terram, & gramina germinaq; campi, & bestias terræ, & deniq; totum orbem terrarum, cum omnibus quæ in eo sunt, viuunt, mouentur, sentiunt, intelligunt. Iam verò interroget quisq; statum suum, & conditiones status sui, si rectè & sobriè iudicat omnia ( quantum ex ordinatione Dei ) in salutem, in meritum & vitam gratiæ gloriæq; æternæ destinata & prouisa inueniet. neq; vllum alium præter suam propriam inscitiam ignauiamq;, si illi secus accidat, culpandam esse cognoscat. Stat enim & stabit semper vox veritatis per Apostolum enuntiata. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum salutis, & vite æternæ, gloriæq; Diuinæ.* Hoc enim solum est coram oculis Dei nostri Bonum? i nunc, mi homo & ini numerum occasionum oportunitatumq; ordinarum & seruentium tibi, ( quantum ex Deo ) ad salutis profectusq; tui bonum. ac simuletiam ini pariter numerum neglectuum, omissionum, abusuum contempionumq; tuarum, & simul, quod ad ista consequens est, damnorum tuorum spiritualium, cœlestium, nunquam recompensandum. Tandem ergo tandem incipe sapere, tandem ignauiam cæteraq; impedimenta tua excute, & da operam, vt tibi omnia cooperentur in bonum, & omnia in gloriam Dei, in salutis tuæ facias lucrum.

Rom. 8. 28.

Stimulus



*Perfectio virtutis bonum desiderabile.*

**T**anta est pulchritudo virtutis, vt si oculis corporeis cerni posset, omnium oculos ad sui aspectum, omnium animos ad sui amorem raptura sit. Elogium est hoc virtutis ordinem naturæ nõ transgressæ; datum ab eo sapiente, qui pariter supra naturam, nihil sensit. Sed si hoc Ethnica virtus ab Ethnico pariter iudice promeruit iudicium, quale par est vt referat. Incomitum, virtus omnium naturæ ordine præcellior, virtus perfectior; Christiana ab homine Christiano, ab homine virtutis Christianæ perfectionem professore? Non desiderat Christianus homo, virtutem Christianam oculis carnis subijci, vt eam amare ac desiderare possit; quin potius ob id ipsam ei contemnenda esset, quia carnis oculis pateret sua pulchritudo. Habet oculos fidei, habet lucem gratiæ, habet pupilam charitatis, cuius acie penetrat vsq; ad interiora virtutis, cuius doctrinam de coelo nobis attulit. Incarnata veritas, cuius magisterium verbo, magis autem exemplo exercuit inter nos manens. Deus homo. Iste nobis thesaurum absconditum, iste pretiosam margaritam perfectionis Christianæ exposuit, eiusq; latibulum in ipso vsq; agro Diuinitatis se abscondentis, eam ostendit, ibiq; eam querendam, & inde hauriendam deriuandamq; edocuit dicens. *Perfecti estote, sicut & Pater vester caelestis perfectus est.* Et rursum. *Exemplum dedi vobis: vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Et quid possumus addere vel ad pretium, vel ad inuitamentum: quando Deus & Christus eius in partem venit vtriusq;? Solum superest desiderium, solum studium, sola insatiabilis auaritia charitatis, totam se impendens in amorem, in laborem, in acquisitionem, in multiplicationem, in possessionem, in fruitionem eius boni: pro quo si dederit, siue diuendiderit

*Matt: 5. 48.**Ioan: 13. 15.**Cant: 8. 7.*

ueno  
deris  
qual  
esto  
sceno  
Chri  
tam,  
suis  
profe  
hanc  
deriu  
vt cap

**H**  
vniue  
plexu  
infini  
fit, ad  
debit  
suppai  
plar.  
perfed  
arum  
ad sur  
à calor  
ius. N  
pretio  
abund  
primo  
vitz in  
vnicur  
tentiff  
do con  
currit,  
tizq; si



uenerit homo, omnem substantiam domus sue, dederitq; pauperibus. Et nudum Iesum affectatus fuerit, quasi nihilum despiciet omnia: dummodo tandem esto per scalam vel ipsius Crucis Christi ascendat, & apprehendat dulces fructus eius. Ibi Christiane, ibi desige cursus profectusq; tui metam, ubi prior & propter te Christus crucifixus posuit suam, atq; per hoc simul etiam tuam. Meta profectus tui perfectus Deus. exemplar cursus ad hanc metam tui, ipse Dei Filius. cursus tuus, desiderium cordis tui. Expende & dilata cordis sinum ut capias perfectionis fructum.

### Stimulus VI.

#### *Exemplum Cælestium Omnium.*

**H**abemus primum exemplum Dei, qui cum per suammet essentiam ab omni æternitate uniuersam perfectionis suæ perfectionem complexus sit: eâ ad plenum usq; iuxta immensam infinitamq; Essentiæ suæ capacitatem inundatus sit, adhuc tamen inundari eadem gaudet & gaudebit per omnem Æternitatem. Est aliud huic Suppar Dei-Hominis Christi exemplum & exemplar. qui & ipse. Exultauit ad curendam viam perfectionis in carne, à summo cælo Idealium suarum virtutum egressio eius: & occursum eius usq; ad summum pariter eius. nec est qui se abscondat à calore perfectionis, siue à perfectione caloris eius. Non aliam formam expressam habemus in pretiosa nimis, nimisq; perfectionis bonis superabundante Dei Matre Virgineq; Mariâ, quæ à primo instanti vitæ suæ, ad usq; vltimum instans vitæ in via Dei, & virtutis & perfectionis, nec ad vnicum momentum stetit aut quieuit, sed contentissimo atq; humano intellectui non assequendo conatu, cursu atq; progressu viam suam percurrit, & in diuitijs, omnes Diuinæ creationis gratiæq; filias supergressa est. omnesq; colles Beatorum

rum transcendit, & in vertice montium Sanctoſſi  
 fundamenta ſua prima compoſuit. Ad Diuinum,  
 ad Chriſti Domini, ad Matris Dei exemplum, to-  
 ta ſe multitudo Electorum conformat. Angeli  
 Sancti vnico inſtanti, hoc eſt conatu per vnicum  
 inſtans durante, conſummarunt curſum perfecti-  
 onis ſuæ. quantum quæſo fuit ardor, quanta con-  
 tentio, conatûs illius licet inſtantanei, qui omni-  
 bus dedit gloriam, dedit maximam & ceſſiſſimam,  
 iuxta gradus ſuos gloriam, dedit æternam dura-  
 turam gloriam? De ſanguinis autem noſtri San-  
 ctis quid dicam? Vnus pro omnibus dica. *Verum-  
 tamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter emi-  
 nentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini noſtri, propter*  
*Phil: 3. 8. quam omnia detrimentum feci: & arbitror vt ſterco-  
 ra, vt Chriſtum lucrificiam, & inueniar in illo, non*  
*habens meam iuſtitiam qua ex lege eſt, ſed illam qua*  
*ex fide eſt Chriſti Ieſu. qua ex Deo eſt iuſtitia in fide*  
*ad agnoscendum illum, & virtutem reſurrectionis eius,*  
*& ſocietatem paſſionum illius, conſiguratus morti ei:*  
*ſiquomodo occurram ad reſurrectionem, qua eſt ex*  
*mortuis. Non quòd iam acceperim, aut iam perfe-*  
*ctus ſum. ſequor autem ſi quomodo comprehendam,*  
*in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Fratres ego*  
*me non arbitror comprehendiffe. Vnum autem: que*  
*quidem retrò ſunt obliuiſcens, ad ea verò que ſunt*  
*priora extendens meipſum. ad deſtinatum perſequor,*  
*ad brauium ſuperne vocationis Dei in Chriſto Ieſu.*  
 Hæc Apoſtolus de ſeipſo, deq; omnibus Sanctis Dei  
 etiam num in hac, ac demum concludit, eam re-  
 gulam quæ omnibus ſeruit, in ſeipſo omnibus ſe  
 expreſſiſſe oſtendens, ac dicens. *Quicumq; ergo*  
*Ibid: 8. 15. perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Sentias & tu*  
*vade, curre, perſequere ſimiliter. ad brauium ſu-*  
*perne vocationis. qua iam retrò ſunt obliuiſcens,*  
*qua verò priora ad ea teipſum extendens, vt ſiat*  
*ſeneſtus tua in miſericordia vberis. ſig; ingrediaris*  
*Pſal 91. 11. in abundantia ſepulchrum.*

N  
 curran  
 ſtanten  
 ſocieta  
 volunt  
 noſtra  
 quam  
 us. Vo  
 ſcet, ſa  
 pit & a  
 mera S  
 eorum,  
 rantes  
 minus a  
 oiam p  
 tardita  
 gentia  
 tiã, am  
 inter Sa  
 eos ſlan  
 gligenti  
 Memor  
 luet tib  
 quamui  
 tetamer  
 ſequiq;  
 dititem  
 gnem..

Tem  
 C  
 Og  
 cun  
 cupatio



## Stimulus VII.

### *Desiderium Sanctorum.*

175

**N**on tantum exemplis prouocant nos Sancti nostri Sanctusq; Sanctorum ipse, vt in via Dei curramus alacriter, velociter, sublimer, & constanter: sed etiam cursum nostrum, ad se, suamq; societatem incessantibus votis desiderant. Hæc est voluntas Domini Dei nostri Sanctificatio nimirum nostra. Nec aliud desiderare possunt Sancti ipsius, quam quod maximè placere agnoscunt cordi ipsius. Votis ergo Sanctorum non cupiet, non ardescet, satis superq; satisfacere homo, qui scilicet cupit & ardet adnumerari cætib; Sanctorum? Numerera Sanctos si potes & complectere numerum eorum, qui clamant pro te ad Dominum: desiderantes pacem serui eius: & vt benignè faciat Dominus animæ tuæ, *vt adificentur muri Ierusalem suæ,* etiam sper te. Et potesne frustrari vota eorum, tarditate, tepiditate, morâ, dilatione tuâ, negligentia tuâ, mollitie tua, sensualitate, concupiscentiâ, amore proprio tui? Quomodo comparebis inter Sanctos illos totos igneos, totos arduos, totos flammam ignis. tu tepiditate & languore, negligentia desidiaq; solâ, inter eos insignis incedens? Memoria & conscientia languoris tui præsentis diluet tibi gloriam & dulcedinem beatitudinis: & quamuis ibi non sit locus pœnitentis, pœnitebit tamen, non consummatus feruore virtutis obsequijq; Diuini ad cœlum, inter Sanctos venisse diuitem, comparuisse instructum, degere insignem.

*Psalm: 50. 20.*

## Stimulus VIII.

### *Tempus præsens suppletioni indultum.*

**C**ogita mi homo te esse arborem illam, cui cum Dominus ob inutilem fertilis terræ occupationem, excissionem decreuisset, agricola pro  
ea im-



Luc. 13. 6.

ea impetrauit indulgentiæ annum vnum, dicens Domino. *Dimitte eam etiam hoc anno, & si dum fo-*

*diam circa illam & mitam stercorea; & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.* Videsne non ablatam sed dilatatam succissionem &

1. Petr. 4. 2.

Reliquum vitæ tuæ, annus ille vnus est, per indulgentiam indultus, vtq; non vt continues sterilem desideriam, sed vt commutes in fructuosam fecunditatem. *Vt iam non desiderijs (neq; desidij) hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est (vni temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium (negligentium) consummandam:*

Rom. 6. 19.

nunc autem tempus est acceptabile & dies salutis, in quo definendum est, à veteris negligentia & inconstantia delictis: viuendum vero iustitiæ & voluntati Dei, in eo quod reliquum est temporis in carne. Neq; verò grauari te putes eiusmodi doctrinis. Audi enim Apostolum qui ait. *Humanum dico: & condescendo vobis, propter infirmitatem carnis vestra: Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ (negligentiæ) & iniquitati ad iniquitatem (reprobati vsq; ad Diuinam nauseam & vomitum) ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ & sanctificationi.* Ergo humanum est & per indulgentiam dictum Apostoli, cui tamen vix audeat satisfacere vulgaris nostra in seruitio Dei diligentia. Alioqui impleri deberet in nobis a nobis illud Prophetæ. *Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum.* Et Prophetæ quidem decuplum tantum requirit, adhuc etiam humanum dicens, propter veteris legis conditionem. at Dominus Iesus, qui venit ignem mittere in terram, eumq; voluit vehementer accendi, non decuplum sed centuplum, & optat, & laudat, verbi sui, in seruis suis fructum. Quod si tu attenderis ad omnes conditiones tuas, ad locum quem occupas, ad auxilia de cælo quibus abundas, ad media status quibus cir-

Bar. 4. 28.

bus  
tum  
peru  
telin  
uen  
fruct  
mill  
ab  
tam

I  
I  
fic  
re o  
vel  
pro  
in b  
fines  
puta  
agg  
no,  
Etun  
tunc  
quor  
post  
rum  
male  
in fi  
fice  
te n  
facit  
um f  
tard  
virtu  
Et fl  
fi, m

bus cir

Luc. 8. 8.

bus circumfluis, ad incitamenta, quibus non tantum prouocaris, verum etiam planè traheris: reperiens parùm & planè humanum adhuc esse, si ceterimū afferes: sed omninò sit opus, & valde conueniens, imò & necessarium vt afferas offerasque fructum Deo tuo millesimum; & super superque millesimum. *sic enim decet impleri omnem iustitiam ab eo, cui mensuram bonam, confertam & cogitatum & superfluentem dabunt in sinum suum.*

Luc: 6. 38.

### Stimulus IX.

*In fine proficiendum ad meliora.*

**I**N finem, ne corrumpas. ait & monet Diuina Scriptura. Finis enim omnia vel corrumpit vel perficit. Finis coronat opus, finis pessundat opus. Curre optimè, velocissimè, rectissimè; si vel desideas, vel subsistas in fine, neq; ad finem decurras, quid proderit cucurrisse? *Qui perseverauerit vsq; in finem in bono, hic saluus erit.* qui perseuetauerit vlq; in finem in malo, hic peribit. quia ex fine omnia reputantur. *In finem ne corrumpas.* Multi enim bona aggrediuntur, quæ deinde non coronant sine bono, sed ab eo deuiant in malum. Alij mala amplectuntur ab initio, deinde respiciunt & conuertuntur in finem bonum. Optima portio eorum, quorum initia, media & fines bonum possident: post istos meliores reliquis, qui in finem non corrumpunt, neq; corrumpuntur. Siue ergo hæctenus malè tepidèq; Deo seruiuis, siue benè & strenuè, in finem ne corrumpas. Vt sine corona, sine perice omnia tua. In fine motus velocior: attestante naturâ, si hoc facit natura in lapide, cur non facit in te gratiâ? Omnia etiam grauissima ad suum finem festinant, sola virtus in fine torpescet & tardabit? Lapis festinet ad terram, vt quiescat; virtus ad beatitudinis æternæ requiè, non euolabit? Et fluuij quidem è fontibus suis paruo initio egressi, multis cum aquarum fluctibus in mare sese euolunt.

Psal. 74. 17



*Eccl: 31. 3.*

*Eccl: 31. 27.*

vunt. Cur non sic etiam humana industria, multis cum virtutum meritumq; agminibus & fluminibus, in mare suum Deum eiusq; Beatitudinē ingreditur? Nunquid naturalius tendit lapis deorsum, vel ignis sursum? quam anima in Deum? aut melius est flammæ sursum lapidivē deorsum, quàm Homini apud Deum suum, apud summum Bonum vitimumq; finem suum? Qui in fine torpescit ad salutem, quando fervescet? Nam qui initio, adhuc in fine spem habet; sed qui in fine, vbi remanet spes eius? Paupertatem delegit & putrescit in ea, cui finis adveniēns non adfert diligentiam ac fervorem in negotio salutis æternæ. qui autem in fine tendit velocius, ditabitur. Sapientis est vox ista, qui dicit. *Laboravit dives in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis. Laboravit pauper in diminutione victus: & in fine inops sit.* Quanto ergo vides magis tibi appropinquantem diem seu finem, tanto in omnibus operibus tuis esto velox: & omnis infirmitas atq; egestas non occurret tibi in novissimo.

### Stimulus X.

*Sancti ad finem vitæ feruere quasi de nouo solui.*

Quemadmodum equi de via licet fessi, vicinitatem tamen hospitij sui sentientes, velocius decurrunt; ita comprobatum est illustres Dei seruos atq; Sanctos, accedente vitæ fine novos feruores in via Domini, novos labores in vinea Christi excolenda quæsiuisse. Iam erat David grandior natus, & cepit moliri ædificationem Domus Domini, quam cum ad eius filium Deo reijcere placuisset: preparauit ille nihilominus impensas Domus Domini, ex quibus filius Salomon Domum Domino ædificaret. quin & formam domus illius filio eidem reliquit, vt omni quâ posset ratione particeps esset tam domus Domini, quàm totius Religionis

*2. Reg: 7. 3. 12*

*1. Paral: 22.*

ligion  
di vsq;  
la, qu  
cere  
dexter  
timeb  
natu  
tione  
tribus  
& ma  
decu  
nuò a  
ant, d  
rem  
ratio  
aud j  
uus &  
perfe  
bulau  
præci  
ad pe  
us, il  
Surge  
vsq; a  
um su  
nostr  
lemur  
nostr  
nouat  
gnam  
exacu  
in pra  
stra, j  
dus op  
mnes  
ment  
rat Sa  
tibus

ligionis



ligionis & cultus à fidei populo inibi Deo exhibē-  
 di vsq; in sempiternum. Eiusdem Sancti vox est il-  
 la, quam omnes ab eo discunt, quotquot Deo pla-  
 cere statuant. *Ego dixi. Nunc capi. Hæc mutatio  
 dextera excelsi.* Certe ab adolescentia sua Dauid  
 timebat Dominum & placebat ei, grandis tamen  
 natu dicit: *Nunc capi.* & nouam illam viuendi ra-  
 tionem Diuinæ super se dextera commutationi at-  
 tribuit. Nempe agnoscit proprium hoc Dei donū  
 & magnis seruis eius communicari solitum; vt post  
 decursum pene obsequij Diuini stadium, quasi de-  
 nuo ad primordia regrediantur, de nouoq; incipi-  
 ant, & dicant. *Nunc capi,* seruitium Dei & seruo-  
 rem nouum primumq; in eo. Dignum est admi-  
 ratione sed & imitatione, quod Abraham à Deo suo  
 audit iam centenarius, iam Dei veteranus & ser-  
 uus & amicus. *Abraham ambula coram me: Et esto  
 perfectus.* Nonne antea & coram & cum Deo am-  
 bulauerat? Attamen grandescenti licet hoc ei  
 præcipitur, vt veluti à principijs inchoaret, quo  
 ad perfectionem tenderet. Quid Elias ille igne-  
 us, ille ignis, audit tamen Angelum monentem.  
*Surge, comede, grandis enim tibi restat via.* scilicet  
 vsq; ad videndum in monte Horeb Dominum De-  
 um suum. Sed Apostoli Pauli exemplum magis est  
 nostrum, hunc igitur audiamus, intueamur, æmu-  
 lemur. *Non desicimus ait, sed licet is, qui foris est  
 noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, re-  
 nouatur de die in diem, & rationem addit sane di-  
 gnâ sensu Apostolico: & quæ omnem feruorem  
 exacuat amplius & amplius. Id enim (inquit) quod  
 in presenti est momentaneum & leue tribulationis no-  
 stræ, supra modum, in sublimitate æternum gloriae pō-  
 dus operatur in nobis.* Ita quidem Paulus: qui om-  
 nes etiam hortatur dicens. *Renouamini Spiritu  
 mentis vestræ.* S. Bonauentura locuples testis nar-  
 rat Sanctum Franciscum suum, iam licet Stigma-  
 tibus Domini insignem & in Seraphicum Spiritum  
 penè

*Psal. 76. 18.*

*Gen. 17. 1.*

*Eccl. 48. 1.*

*3. Reg. 19. 7.*

*2. Cor. 4. 16.*

*Eph. 4. 23.*

M 2

*Sar: in Vita.*

*Hist: Soc: p.  
3. L. n.*

*Apoc: 2. 5.*

*Apoc: 2. 4.*

penè commutatum: nihilominus biennio ante mortem suam, nouos ac omninò nouitios labores resumpisse, & tunc primum seruitium Diuinum inchoasse. Præclarum Sydus gloriosissimi Prædicatorum Ordinis Beatum Henricum Susonem: illum titulo, ministri Æternæ Sapientiæ insignem, constat stans temporibus, vetera sua pietatis studia tanquam obsoleta exportare atq; sepelire solitum, nouum verò hominem, nouitate Spiritûs indutum, innouatis exercitijs Spiritûs, ipsoq; in primis spiritu, assumere, & omnia quæ Diuini obsequij essent, perficere. Nostri Ordinis historiæ narrant, Bartholomæum Buzamantium: magnis & multis laboribus in Societate nostra perfectum, ipsdemq; ac simul annis fractum, nouos Nihilominus labores, nouo Spiritûs ardore susceptasse: & exhaustisse. Id aliquibus in eo iam senes & morbo admiranibus; memorabili responso, egregie satis fecit, dicens. *Tempus breue est* (vita nimirum semini) *caelum autem adhuc procul, duplicandus ergo est cursus* Hæc scilicet est Sanctorum prudentia, ex senectute, non otij & quietis, sed laborum & feruoris antas desumere. More lampadum, quæ fortius ardent atq; lucent amplius, dum deficiunt. Et ad normam moniti Angelo Ephesino dati. *Primo opera fac.* Est enim res periculi plena *Charitatem primam* reliquisse.

## Stimulus XI.

### *Vocatio Religiosa.*

**V**Ocatio Religiosa, si quem ea tenet, eadem ad cursum perpetuum, indefessum, contentissimumq; premit. Nam quid est aliud Vocatio Religiosa? nisi status atq; professio cursûs ad virtutû perfectionem incitati atq; perpetui? Hæc est enim Essentia Religiosi; semper proficere, semper tendere ad perfectionem Christianam, ad eò, vt negligere hanc tendentiam, atq; non curare ex proposito

to cti-

to cr  
opus  
ad in  
re, n  
Relig  
& de  
delc  
re f  
Vide  
simu  
catic  
nox  
le m  
tion:  
prof  
gios  
su in

S  
Si  
posi  
prof  
fect  
fessio  
sole  
sit,  
enim  
rit?  
prof  
Sicu  
est.  
pro  
ita  
deb  
sui  
alio



to criminale & damnabile fit in hoc statu. Neque opus est, ut quis vltro regrediatur à perfectioribus ad imperfectiora, sufficit ad malum, nolle proficere, nolle meliorem esse aut fieri. In statu personaq; Religiosa, ipsa intermissio proficiendi, est regressus & defectio. Sicut qui est in fluuio, per hoc solum descendit retrò deorsum, quia non nititur ascendere sursum: etiam si nauim non agat in descensum. Videat ergo quisquis statu Religiosus est, ut etiam simul perpetuo proficiens sit: quia hæc est spes vocationis suæ, quâ vocatus est, & quâ carere sine noxa non potest, nisi essentia suâ carere velit. Quale monstrum est, velle Hominem se esse absq; Rationalitate. tale est, velle se esse Religiosum, absq; proficiendi alacritate. Attendant hoc senes Religiosi, & videant, velintne in morte aut iudicio Christi inueniri ita monstrofi?

Stimulus XII.

Status Sacerdotalis.

STATUS & vocatio Sacerdotalis amplius aliquid importat obligationis Homini in Sacerdotio posito, quam Religiosa Vocatio. Hæc enim solum proficere & ad perfectum conari iubet. at illa perfectum in virtute hominem, eiusq; actualem possessorem esse requirit. Atqui perfectus esse nemo solet, nisi proficiendo; ergo vt Sacerdos perfectus sit, proficiens esse, & profectui vacare debet. Quis enim ad terminum peruenit, ad quem non cucurrit? Quid quòd Sacerdos, non sibi sibi debet vel proficere, vel perfectus esse, sed etiã plurimis alijs? Sicut enim Sacerdos non sibi, neque propter se est. *Omnis namq; Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum.* ita etiam non sibi solum proficere aut perfectus esse debet, sed etiam alijs: quos verbo & exemplo suo, sui similes, Deo dignes placitosq; tenetur efficere. alioqui audiet à Domino. *O Pastor! O Idolum. Pa-*

Hebr. 5. 2.

Zach: 11. 17.

M 3.

for qui-



flor quidem vocatione & nomine, idolum vſu &  
 ipſa re. Sed enim nihil ita vel ſuauiſſime, vel effica-  
 citer tenaciterq; obligat Sacerdotem ad proficien-  
 di inſigne ſtudium, inſignemq; actu ipſo perfe-  
 ctionem, quàm Sacroſancti ſive Sacramenti, ſive Sa-  
 crificij altaris adeò libera, adeòq; familiaris, adeò  
 intima vſurpatione atq; tractatio. Poſſetne homo  
 ſcatens negligentij & deſidioſis teporibus, poſſet-  
 ne non euolans Seraphicis (dicam Diuinis) alis  
 atq; volatibus accedere ad Deum? adglutinari,  
 commiſceri, conuiſcerari, concorporari, indiui-  
 nariq; Deo? Hæc quidem propter ſtuporem mentiũ  
 noſtrarum ſub intelligentiam noſtram, quaſi non  
 cadunt: attamen fides noſtra non eſt non eſt poſſi-  
 bile, vt intellectum noſtrum non conuincat. Me-  
 riatur ergo Sacerdos quantum chaos discriminis  
 firmatum ſit inter Deum & Sacerdotem offeren-  
 tem, aut communicantem, & intelliget quanto ſit  
 opus ſibi conatu in curſu, ad ſuperandum decur-  
 rendumq; discrimen illud abyſſalis diſtantiæ, per  
 condignam ſeu ſumptionem, ſeu oblationem Do-  
 mini Dei ſui in Euchariftico Sacramento atq; Sa-  
 crificio. Ad vnicum tantum Communionis vel  
 oblationis Eucharifticæ actum, totius vitæ curſus  
 ſanctiſſimus vix ſatis eſſet: ad ſæpè, ad quotidie cõ-  
 municandum ac offerendum condignè, quanta  
 putamus, quanta putare debemus opus eſſe con-  
 ſuetudine in ſanctitatis ſtudio, & in perfectionis o-  
 mnimodæ apparatus conquiſcendo? Deus noſter in  
 Euchariftia abſconditus cibus grandium eſt, faci-  
 ens grandefcere manducantes: & tamen nos, neq;  
 grandefcimus, neq; gigantefcimus, ſed vix pigmæ-  
 os & nauos exæquamus, poſt multos quamuis Sa-  
 crificij annos. Quis ſe exhibebit Deo Sacerdotem,  
 qui ita viuere curet, ita in ſtudio ſanctitatis perfe-  
 ctionisq; curret, vt merito quotidie communicare  
 atq; celebrare poſſit? Sed nouerit Dominus, qui  
 ſunt ſecundum cor eius. Certum eſt, quod ſi non  
 omnis

omnis  
 tidiana  
 Sancta

Stim  
 Stant  
 Stus D  
 antefig  
 tur de  
 beant t  
 lia eſſe  
 quod d  
 unt vt  
 habeant  
 in ſe (   
 buerin  
 Societ  
 cumb  
 ſaluter  
 Natur  
 itaq; S  
 ſe, qua  
 tem &  
 tia, &  
 germa  
 iuſden  
 nentio  
 facere  
 ſequiu  
 mnes  
 ſemper  
 prox  
 in om  
 quom  
 exhib  
 atq; e

185  
omnis Sacerdos cōmunionē & sacrificatiōe quō-  
tidiana grandescit, tota nihilominus grandescit  
Sancta omnium nostrum Mater Ecclesia.

### Stimulus XIII.

#### Vocatio Societatis IESU.

**S**timulus hic non ad omnes pertinet; pertinet  
tantum ad Filios Societatis IESU, quos Benedi-  
ctus Deus vocauit in Societatem Filij sui. Horum  
antesignamus Dei Filius Deus-Homo, ipse testa-  
tur de seipso: quia *Ego veni, vt oues meae vitam ha-  
beant & abundantius habeant.* Non ergo potest a-  
lia esse indoles Filiorum Societatis IESU, quam  
quod & ipsi vbi vbi sunt, quocunq; veniunt, veni-  
unt vt oues Christi *vitam habeant & abundantius  
habeant.* quomodo autem hoc facient, nisi & ipsi  
in se (non tamen ex se, sed ex Christo) vitam ha-  
buerint, & abundantius habuerint? Finis huius  
Societatis est cum omni diligentia in Domino, in-  
cumbere tam in propriam quam in proximorum  
salutem atq; perfectionem. In moralibus, finis est  
Natura & Substantia siue essentia eorum. Filius  
itaq; Societatis IESU, sine diligentia omni tam in  
se, quam in proximo quouis promouendo ad salu-  
tem & perfectionem, est absq; sua essentia, substan-  
tia, & natura. Quidlibet aliud esse potest, verus &  
germanus Societatis IESU Filius esse non potest. E-  
iusdem Societatis & Filiorum eius omnium emi-  
nentior adhuc est finis, semper promouere & omnia  
facere ad Maiorem Dei gloriam, ad maius Dei ob-  
sequium. Quomodo possunt hac prazstari, nisi om-  
nes & singuli Societatis IESU Filij semper crescāt,  
semper proficiant, crescereq; & proficere semper  
proximos suos faciant cū omni diligentia, in Deo,  
in omni virtute atq; perfectione? Quæ enim aut  
quomodo maior & maior semper quæri, semperq;  
exhiberi Deo potest gloria, si in ipsis quærentibus  
atq; exhibentibus, non emineat amplior ampliorq;

Ioan: 10. 10.



virtutum perfectio, & profectus in perfectione? Ipse hominum seculiq; autor, ipse primus Dux & Princeps Sociorum omnium Iesu Dominus Iesus, quamdiu inter homines conuersatus est, nunquid aliquando figit in via sua, in executione omnis voluntatis paternæ, aut in manifestatione hominibus Diuinæ gloriæ? Et quidem pertrahit beneficiendo & sanando omnem languorem, & omnes oppressos à diabolo. Cucurrit ergo Dominus Iesus velut Gigas, porro currentem quis apprehendet, qui & ipse pariter non curret? Et quid prodest Christum sequi, si non contingat consequi? quid prodest vocari Socium Iesu, & esse interim nimum quantum seiunctum ab Iesu, nimum quantum dissimilem Iesu? Sic ergo currite Filij Soc: Iesu, sic currite, vt comprehendatis. Quod si hæc indoles ad omnes Societatis Iesu homines pertinet; nonne amplius ea veteranorum esse debet? eorum scilicet, qui exercitatos habent sensus, eorum, quorum & omnis vita & qualibet vitæ actio, magistrum esse debet atq; norma virtutis, norma profectus, norma perfectionis, norma promouendæ inter alios salutis, atq; perfectionis: norma exequendæ omnis Diuinæ voluntatis, & exaltandi sæper semperq; amplius Diuini nominis? Turpe certe est & valdè confusibile, eos qui esse debuerant (fortè & fuerant) *magistri* aliorum propter aetatem & tempus, inueniri egentes vt *docentur, quasi sint exordia & elementa sermonum Dei: facti tales, quibus lacte opus sit, non solido cibo.* Vitandus est ille Apostoli Iarcastmus. *Situ Iudæus (Iesu socius) cognominaris, & requiescis in lege (Societatis) & gloriaris in Deo (nomineq; Iesu) & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium. magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo aliū doces, teipsum non doces, qui in lege gloriaris, per prauaricationem legi Dei inhonoras.*

*Hebr: 5. 12.*

*Rom: 2. 17.*

P  
 sanct  
 lus e  
 iram,  
 strum  
 siue  
 mus.  
 hunc  
 ficati  
 quis  
 bonu  
 gaudi  
 agite  
 bus  
 Dei  
 nobis  
 Dei  
 bene  
 per  
 quid  
 in qu  
 profi  
 in D  
 Spirit  
 extin  
 ne no

I  
 &



# Classis Tertiæ

185

## Stimulus I.

### DEI Sanctissima Voluntas.

**P**ondus equum Voluntas Domini. Hæc est autem Voluntas Dei sanctificatio vestra. quæ est autem sanctificatio nostra? Hæc utiq; quam idem Apostolus exponit sic dicens. Quoniam non posuit nos in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, et siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo vivamus. pergit verò addere & enucleatius exponere hunc in modum Dei voluntatem nostramq; sanctificationem. *Patientes estote ad omnes. videte, ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini in invicem, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite. Hæc est enim Voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.* Quapropter superest, ut fiat voluntas Dei sicut in celo & in terra. superest ut regnet in nobis per omnia & in omnibus, & semper voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta. Superest ut in beneplacito voluntatis Dei nostri abundemus semper magis ac magis in omne opus bonum. Nam quid est aliud siue super terram, siue super coelum. in quo oporteat nos aut vivere, aut ambulare, aut proficere, aut sanctificari, aut gloriari, præter quàm in Domini Dei nostri voluntate beata? Hic est Spiritus Dei. Scriptum est autem. *Spiritum nolite extinguere.* Extinguit illum, qui in Sanctificatione non proficit.

*Prov: 11. 1.*

*1. The: 4. 3.*

*1. The: 5. 9.*

*Ibid: 6. 14.*

*Rom: 12. 2.*

*1. The: 5. 19.*

## Stimulus II.

### Eminentissima DEI Dignitas.

**I**Ta quidem est excelsus & elevatus super omnia & creata & possibilia Deus noster in maiestate atque

atq; Dignitate sua, vt in nullius creaturæ mentem  
ascendere possit mensura eius. Quidquid volue-  
ris comparare Deo, non illa erit comparatio, sed  
contumelia atq; iniuriatio. & quidem vtriusq; Nā  
perinde est iniuria creaturæ, si Deo comparatur;  
atq; est iniuria Dei, si creaturæ conferatur. Deus  
est & vnus atq; solus, & non apponetur alius ad  
eum. *1. Tim: 6. 15.* *Beatus & solus potens, Rex Regum & Dominus*  
*Dominantium, qui solus habet immortalitatem; &*  
*lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum*  
*vidit, sed nec videre potest, cui honor & imperium sē-*  
*piternum. Amen.* Hic ergo Deus adeo magnus,  
adeo excelsus, adeo immensa maiestatis & digni-  
tatis delectatur profectibus nostris, & gaudet hon-  
orari deuotis obsequijs atq; honoribus nostris.  
Et quanto altius conuiri videt creaturam suam ad  
exaltationem Dignitatis suæ: tanto munificentius  
condescendit studio eius, tanto plenius se infundit  
desiderijs eius. Nescit enim atq; etiam nequit, De-  
us vinci munificentix affectu a creatura sua: sed  
quanto illam magis videt & habet profusam & in-  
fatigabilem argumentosamq; in exaltatione & di-  
gnificatione Dignitatis suæ: tanto illi facit vicif-  
sim obligatioribus & indulgentioribus Misericordias &  
*1. Reg: 2. 30.* Dignationes suas. *Quicumq; glorificauerit me, glori-*  
*ficabo eum:* protestatio Domini est, neq; euacuari  
potest, Nunc itaq; si Dignus est Deus, imo quia  
Dignus, & omni dignitate dignior, neq; vnquam  
fatis dignè dignificabilis est Deus, nemo fatigetur,  
nemo deficiat, nemo tepescat in ascensu & pro-  
gressu de virtute in virtutem in exaltatione Dei  
per quotidianam perfectionem in glorificatione  
Dignitatis eius per excellentiam Sanctitatis & iu-  
stitiæ coram ipso, propter ipsum. O homo dicit  
tibi Deus tuus. Labora & contende ad profectum  
tuum, oblecta me progressibus tuis, cupio sagina-  
ri feruore & ardore deuotionis in obsequijs meis.  
Dignus enim sum, vt talem te seruum habeam, cō-  
secratum

secratum  
ficine  
sa? a  
maius  
bi ad S  
feruore  
vel per  
omni  
eleuari  
aut eld  
lum;  
ritus, s  
ficentia  
quanti

D  
S I di  
Sbet  
me. A  
nuncia  
estent  
ad eum  
fui. S  
Probat  
lus ver  
Deo p  
Domi  
minus.  
Si dilig  
diligite  
Sed qu  
At non  
ta fun  
tionis,  
arboris  
virtute  
descen



secratur Maiestati, deuotumq; dignitati meæ. Sufficitne tibi mi homo, ista à Deo tuo allegata causa? an potes requirere aliam? an inuenis aliquid maius digniusue Dignitate Dei? Itaq; sufficiat tibi ad Seraphicum, ad Marianum, ad Theandricum feruorem, vnicum hoc. Dignus est Deus, quem vel per vnicum instans exaltare posse: amplius est omni reliqua dignitate creata, ad quam creatura eleuari possit. si absq; dignificatione Dei eleuetur, aut eleuari possit. Deniq; sufficiat illud ad stimulum; *Glorificantes Dominum quantumcumq; potueritis, superualebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominum, exaltate illum, quantum potestis: maior enim est omni laude. &c.*

*Eccli. 43. 32.*

### Stimulus III.

*DEI nostri super omnia Boni dilectio.*

**S***I diligitis me mandata mea seruate. Qui enim habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.* Argumentatio æternæ sapientiæ est. Non denunciat indignationem suam, neq; supplicia: non ostentat promissiones & mercedes suas, satis est illi ad euincendum propositum allegasse dilectionem sui. *Si diligitis me, inquit, mandata mea seruate. Probatio dilectionis exhibitio est operis.* ille enim solus veraciter Deum diligit, qui exercet opere, quod Deo placere nouit, alias frustra quis ingeminat. *Domine Domine, si non facit ea omnia quæ vult Dominus.* Neruosa est ergo argumentatio Christi. *Si diligitis me mandata mea seruate, facite quæ dico, diligite non verbo neq; lingua, sed opere & veritate.* Sed quærît quis, quanam sint hæc mandata Dei? At notum satis est, quod præcepta Domini & multa sunt, & vnum sunt. Multa in diuersitate operationis, vnū in radice dilectionis. Sicut enim multi arboris rami, ex vna radice procedunt; sic multæ virtutes virtutumq; operationes, ex vna charitate descendunt. Et quia charitas est diligere Deum propter

*Ioan. 14. 15.*

*Ibid: 5. 46.*

*Luc: 6. 46.*

*2. Ioan: 3. 18*

*Greg: Hom: 27. in Euan.*



2. Cor. 16. 14.

1. Cor. 12. 13

1. Cor. 13. 8.

propter Deum: & proximum sicut seipsum, nihilominus in Deo & propter Deum. ideo cum Christus dicit. *Si diligitis me, mandata mea seruate.* hoc vtiq; dicit. *Si diligitis me,* hanc ipsam mei dilectionem, operatione dilectionis, exercitatione charitatis probate. Nihil enim habet viriditatis ramus cuiuscunq; boni operis; si non manat & dependet à radice charitatis. propter quod & Apostolus Christi hortatur. *Omnia vestra in charitate fiant.* quædificat: Omnes rami, à radice viroremumant. Sed enim charitatis præstantissimum opus est, Magna facere & nunquam deficere. propter hoc enim *maior est virtutum omnium charitas; quia nunquam excidit charitas.* Euacuabitur fides, euacuabitur & spes, *Charitas nunquam excidit.* nunquam deficit: Imò verò ubi aliæ virtutes operando deficiunt, & veluti officio suo functæ ante ianuam cæli subsistunt, ibi charitas præcipuè fungitur, præcipuè regnat, præcipuè consummatur, & coronatur. Dicitis ergo Domini. *Si diligitis me mandata mea seruate,* sensus & voluntas hæc est. Per hoc mihi dilectionis vestræ perfectionem monstrabitis; si nunquam à charitatis meæ operationibus cessabit, si semper in studijs charitatis permanebitis, si semper in charitatis exercitijs & proficietis & perseverabitis. Sicut enim ignis in nulla lignorum congerie dicit sufficit: ita charitas neq; inter huius sæculi irruentia flumina, neq; inter futura beatitudinis Maria excidit.

### Stimulus IV.

#### DEI Nostri erga nos dilectio.

Cant. 8. 6

Quanta sit Dei nostri erga nos dilectio: primū omnium nobis id prædat & prober canticum dilectionis: ait ergo. *Fortis est sicut mors dilectio. dura sicut infernus amulatio. Lampades eius, lampades ignis atq; flammaram. Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit*

dederit homo omnem substantiam domus sue pro di-  
 lectione. quasi nihil despiciet eam. Exposuit hac om-  
 nia Diuinæ super nos dilectionis encomia Chri-  
 stus Deus noster: magnificis exēplis ea illustrans  
 atq; confirmans: quale est vnum illud. Sicut Moy-  
 ses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet  
 Filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non  
 pereat sed habeat vitam aternam. Sic enim Deus di-  
 lexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret, vt  
 omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam  
 aternam. Non enim Deus misit Filium suum in mun-  
 dum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per  
 ipsum. Ecce quomodo Salomonem, hic plus quam  
 Salomon, ad vnguem interpretatus est. facit verò  
 alibi aliam quoq; eiusdem argumenti interpreta-  
 tionem huiusmodi. Ego sum Ostium: per me si quis  
 introierit: saluabitur, & ingredietur & egredietur,  
 & pascua inueniet. Ego veni vt oues mee vitam habe-  
 ant & abundantius habeant. Ego sum Pastor bonus,  
 & agnosco meas, & cognoscunt me mee. Sicut nouit  
 me Pater, & ego agnosco Patrem & animam meam  
 pono pro ouibus meis. Maiorem hac dilectionem ha-  
 bet nemo, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.  
 Hæc Dominus Iesus. Apostolus autem ipse Paulus.  
 Maiorem assignat charitatem in ipso Christo:  
 quippe qui non pro amicis, sed pro impijs, pro pec-  
 catoribus, pro inimicis mortuus sit. Probare enim  
 volens Apostolus, quia charitas Dei diffusa est in  
 cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est  
 nobis. vtitur hoc argumento. Vt quid enim Christus,  
 cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro im-  
 pijs mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur.  
 num pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat  
 autem charitatem suam Deus in nobis. quoniam  
 cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Chri-  
 stus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc  
 iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per  
 ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati su-  
 mus Deo

Ioan. 3. 14

Ioan. 10. 9.

9. 10.

Ioan. 15. 13.

Rom. 5. 5.



Epb: 2. 4.

Ioan. 1. 1.  
6. 14.

Luc: 9. 30.

mus Deo per mortem Filij eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Hucusq; Paulus satis Apostolicè de Diuina in nos etiam inimicòs dilectione. Nec verò minùs dulce est & grande ad charitatem Dei in nos laudandam ab eodem disci illud. *Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cù essemus mortui peccatis cõiuificauit nos in Christo (cuius gratia saluati estis) & conresuscitauit, & consedere fecit in celestibus in Christo Iesu. Et ostendert in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in Bonitate super nos in Christo Iesu.* Superuenientia ista secula aspectantia redundantes hæc diuitias Gratia Dei in bonitate super nos in Christo Iesu. & quænam putamus esse, nisi nostra hæc in quos fines sæculorum deuenerunt: & qui in fines seculorum deuenimus? Sed enim ecce adhuc charitatem Dei Ioannes Apostolus commendat nobis, ex ipsis, seu in ipsis nobis, ait enim. *In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. omnia per ipsum facta sunt. Et Verbum caro factum est & habitauit in nobis.* Quid Maiestuosius: quam in principio esse Verbum, & Verbum esse Deum? quid amotosius, quam Verbum illud, carnem esse factum, & in nobis habitasse? An verò possit luculentius simul ac neruosius explicari mentibus nostris, hoc totum Dilectionis Dei super nos negotiũ quàm explicatum legimus apud Lucam Euangelistam: omni animæ fideli relinquo in medio ad iudicandum. *Ecce duo Viri loquebantur cum Christo in monte Thabor. erant autem Moyses & Elias, visi in Maiestate, & dicebant Excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. quod Salomon vocauit omnem substantiam, hoc plus quam Salomon Exaltationem & Maiorem charitatem: quòd Paulus nimiam charitatem, & abundantes diuitias. quòd Ioannes verbum carnem. Hoc Lucas, siue cum*

cum M  
rum br  
proflu  
sus est  
gat nih  
quid à  
nos, ist  
nos fac  
quamun  
substan  
Etione:  
sum cha  
et, nunc  
nunqua  
scat, sem  
ta ampl  
condesc  
ritatis f  
benepla  
pletis di  
Amat c  
vicem r

A Bsq  
nit  
siderio,  
sibi Ani  
quenda  
stu cord  
Hæc est  
Maiesta  
ptar, a  
omnibu  
tur, vt r  
bus, siue  
fructum



cum Moysē Elias dixerunt Excessum eius. Nimirum breui, sed totum Dilectionis Diuinæ in nos profluuium diluuiumq; comprehendente verbo v-  
 sus est, & eo demum processit, vt quo amplius per-  
 gat nihil superfit. Hic igitur subsistamus: & iam  
 quid à nobis vicissim exigat ista Dei charitas erga  
 nos, iste Excessus dilectionis eius super nos, quid  
 nos facere iubeat, aduertamus, decernamus, exe-  
 quamur. Neq; antea desinamus, quàm vel omnem  
 substantiam domus nostræ exhibeamus pro dile-  
 ctione: vel nimia charitate diligamus, vel exces-  
 sum charitatis compleamus. quod si nunquam fi-  
 er, nunquam ergo dilectio nostra in Deum cesset,  
 nunquam charitas nostra excidat, sed semper cre-  
 scat, semper proficiat, semper & in singula momē-  
 ta amplius & amplius inualescat, seraphinescat, fe-  
 cundescat, in omne bonum opus, in omnem cha-  
 ritatis fructum, in omnem Dei voluntatem bonā,  
 beneplacentē, & perfectam. Et his omnibus com-  
 pletis dicent nihilominus omnes animæ nostræ Deo.  
 Amat charitas, amat immensitas Deus. Nos autē  
 vicem rependimus in mensura, in gutta, in stilla.

### Stimulus V.

#### *Diuini Cordis gustus & expletio.*

**A** Bsq; iniuria Diuinæ Maiestatis simulq; Bo-  
 nitatis, nequit dubitari, de eiusdem tum de-  
 siderio, quo fertur in dilectarum desponsarumq;  
 sibi Animarum perfectionem, perfectionisq; asse-  
 quendæ infatigabilem conatum, tum gaudio & gu-  
 stu cordis ex eius affectatione atq; assecutione.  
 Hæc est enim vnica & sola merces, quam Diuina  
 Maiestas & intendit & exigit, & expectat & acce-  
 ptat, a sua rationali creatura. pro suis beneficijs  
 omnibus, quibuscunq; earum quamlibet digna-  
 tur, vt nempe pro omnibus collatis in se muneribus,  
 siue naturæ siue gratiæ, afferant & offerant ei  
 fructum sanctitatis & perfectionis suæ, in eoque  
 quàm

- quàm copiosissimo conquirendo & apportando, quam copiosissimè desudent. Quæcunq; alia offerat creatura Deo suo, si hoc, quod prædictum est, mercedis fructusq; genus non adiungat, contemptum, ingratum, exosum est Deo. *Vt quid mihi tibus de Saba affertis, & calamum suauolentem de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta, & víctima vestra non placuerunt mihi.* quid igitur desiderat Dominus? Hæc dicit Dominus. *Stare super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Michæas Propheta inducit hæc disquisitionem. *Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? Numquid offeram ei holocaustomata & vitulos annulos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo: fructum ventris mei, pro peccato anima mea? Demum concludit hunc in modum. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtiq; facere iudicium. & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Cum itaq; hoc sit vnicum, quod Dominus requirit a te o homo, vt facias iudicium tecum, misericordiam diligens in proximum, & per quam sollicitè ambules cum Deo tuo: vt quid ergo non te totum, non te semper, non te profundissimè impendis in hæc, quæ Deo tuo placita, in hæc quæcunq; Deo tuo expetita, in hæc quæ Deo tuo gratissima, atq; in odorem, in gustum, in oblectamentum, in gaudium suauissimum esse agnoscis? Quæ tibi quaestio crebrior in mente esse debet, quàm hæc. quid faciam, vt Dei gustum oblectem & expleam? quid operabor eiusmodi, quo quàm maximè recreetur & exsatiatur Cor Dei mei? quid offeram Deo meo, quo saginem voluptatem voluntaremq; Dei mei? Quis mihi det vt reperiam aliquid, quod gaudeat suscipere de manu mea Dominus meus? Et audies dicentem tibi:

*Jerem. 6. 20.*

*Ibid. 6. 16.*

*Mich. 6. 5.*

*Ibid. 6. 8.*

tibi  
quia  
in t  
dum  
man  
in l  
in l  
tepe  
ope  
te l

S  
S  
to e  
nos  
Isra  
in s  
eo r  
lo f  
sibi  
ram  
quo  
eius  
eius  
riat  
gnit  
tati  
tor  
die  
fice  
San  
lau  
Orn  
(su  
fice  
suo



tibi: quia gaudium Domini est, fortitudo nostra. Et quia vocaberis. Voluntas Domini in eo. Et vocabuntur in te Fortes iustitie. plantatio Domini ad glorificandum. tantummodo noti timere, Et non dissoluantur manus tue. Dominus in medio tui gaudebit super te in letitia, silebit in dilectione sua, exultabit super te in laude. Noli ergo languescere in visis Domini, noli tepescere in obsequijs eius. Noli negligenter facere opera eius. vt in te nunquam diminuatur, vt per te semper accrescat gaudium Dignitatis eius.

193  
2. Esdr: 8. 10.  
Isa: 52. 4.  
Isa: 61. 3.  
Soph: 3. 15.

Ezech: 24. 25

### • Stimulus VI.

#### DEI gloria atque gloriatio.

Solemae est Deo, quod gloriatur in seruis suis fidelibus: qui fideles inueniuntur in testamento eius. Estq; hoc vnum ex gaudijs Domini super nos: quia in nobis gloriatur. *Seruus meus es tu Israël: quia in te gloriabor.* Gloriatuſ est Dominus in seruo suo Iob & gloriatus vsq; ad triumphum, in eo reportatum de Sathan; Sed & in Paulo Apostolo Dominus & gloriatus, & glorificatus est. quem sibi *vas electionis fecit, ad portandum nomen suum coram gentibus, & regibus, & filijs Israël.* Quin imò, quotquot sunt electi eius, qui faciunt voluntatem eius, & ponunt cor suum ad custodienda mandata eius: omnes hi sunt gloria eius, omnes sunt gloriatio eius, in omnibus his gloriatur Maiestas Dignitatis eius. Omnes hi sunt currus gloriae & exaltationis eius. Ea propter quisquis amator & zelator esse desiderat gloriae Domini Dei sui: nullo nō die, nullā non horā, nullo non momento magnificet nomen eius. *Det in omni opere suo confessionem Sancto & Excelso in verbo gloriae. De omni corde suo laudet Dominum, & diligat Deum, qui fecit illum. Ornet tempora (sua) vsq; ad consummationem vite (suae) & laudet nomen Sanctum Domini, & amplificet mane (iuxta & vespere) Dei Sanctitatem. Et tunc gloriabitur in te Deus tuus: exaltabitur ex te*

Isa: 49. 3.  
Iob: 1.  
Act. 9. 15.

Eccl: 47. 9.

N

Sanctus



Sanctus tuus: & eris sedes gloriæ Domini Dei tui  
in æternum.

## Stimulus VII.

### *Christi Meritorum præmium.*

*Isa: 58. 11.*

**G**loria & beatitudo Sanctorum, est iustissimū  
præmium Christi meritorum: attestante Pro-  
pheta. *Pro eo quod laborauit anima eius, videbit &  
saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse seruus me-  
us multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dis-  
pertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro  
eo quod tradidit in mortem animam suam.* Non ve-  
rò ipsa sola gloria beatitudoq; nostra præmium est  
Christi, sed etiam ipsa nostra merita bona, quibus  
vitam gloriamq; æternam acquirimus, ad præmi-  
um eorundem Christi meritorum pertinent. Ex  
his enim habent vniuersam dignitatem suam, &  
omnem valorem atq; proportionem, tam ad gra-  
tiam, in qua & per quam fiunt, quam ad gloriam,  
ad quam & propter quam fiunt, & per quam præ-  
miantur. Inde verò sequitur, quod quanto quis-  
piam iustorum ardentior est, studiosiorq; in bonis  
& meritorijs operibus perficiendis, amplioreq; tã  
gratia in hac vita, quam gloria in futura compa-  
randa, tanto is ad ampliorem Christi Domini &  
meritorum eius remunerationem operetur, adau-  
geatq; præmium redemptionis suæ, ipsi Redem-  
ptori suo. que res, quam sit per omnem modum  
grata eidem Redemptori, cuius meritis infinita de-  
betur præmiatio, non est quod explanetur, cum e-  
tiam non sit quod ambigatur. Cæterum sicut qui  
sunt *spiritu feruentes & in omni diligentia Domino  
seruientes*, meritaq; gratiæ & vitæ æternæ sibi ma-  
gis ac magis cumulantes, præclare valde de Domi-  
no suo, deq; eius meritorum copiosa præmiatione  
merentur: ita per contrarium omnes illi, qui sunt  
remissi & languentes in operibus suis, quorum o-  
pera nequaquam plena iaueniuntur coram Domi-  
no, &

*Rom: 12. 11.*

no, &  
sint &  
inutili-  
bus de  
beant  
iuriosi  
dibilib  
diat.  
libera  
præmi-  
contra-  
terit,

**D**  
unt et  
stanti-  
eunc  
cunq;  
genti-  
finat  
infan-  
profu-  
bus, &  
nostr  
præte  
inoff  
tinga  
gressi  
adscr  
lorum  
seruii  
appli  
fectio  
annu  
offer

no, & coram Christo eius: necesse est vt maledicti  
sint & euomantur ex ore Domini, & inter seruos  
inutiles atq; pigros computentur, ligatisq; mani-  
bus & pedibus proiecti in tenebras exteriores, ha-  
beant partem suam cum hypocritis, perfidis, & in-  
iuriolis Christo Redemptori suo, ac ideo etiam o-  
dibilibus Deo suo. *Si quis habet aures audiendi, au-  
diat.* Non potest in eius vel gratiam vel gloriam  
liberalis esse Christus, qui se non exhibet quantum  
præuilet libertatem in glorificandum Christum. E-  
contra, quanto se quis liberaliorem in eum præsti-  
terit, tanto eundem in se liberaliorem habebit.

*Nati: 11. 15.*

### Stimulus VIII.

*Sanctorum Angelorum merces.*

**D**EVS noster mandauit Angelis suis de nobis, vt  
*Custodiant nos in omnibus vijs nostris.* Custodi-  
unt ergo nos, tanta sedulitate, tanta fide, tanta cō-  
stantia, tanta morositatis nostræ supportatione, vt  
euincant charitate sua erga nos, omnem aliam quā-  
cunq; familiarium nostrorum beneuolentiam dili-  
gentiamq;. Nam quæ Mater aut Nutrix tam ob-  
stinata viscerositate curat infantem suum diebus  
infantiæ eius, quàm inuincibili propensione atq;  
profusione curant nos Angeli nostri omnibus die-  
bus, omnibusq; momentis, in omnibus vijs vitæ  
nostræ? Et hoc agunt mercede à nobis alia nulla,  
præter quam, vt conculcato leone & dracone, vt  
inoffenso pede nostro pergamus atq; omninò per-  
tingamus ad vsq; portas vitæ æternæ, quas intro-  
gressi efficiamur *domestici Dei, Civesq; Sanctorum,*  
adscripti ad Societatem multorum millium Ange-  
lorum. In quo cursu salutis, o quantum illi & in-  
feruiunt nobis, & congaudent laboribus nostris &  
applaudunt progressibus nostris, & pascuntur per-  
fectione nostra, & recreantur seruore nostro, &  
annunciant Domino Maiestatis bonæ de nobis, &  
offerunt conatus nostros, & referunt benedictio-

*Psalm: 90. 12.*

*Eph: 2. 19.*



nes studijs nostris. O quanto cum gaudio, quanta cum hilaritate, quanta cum gratulatione occurrunt nobis, excipiunt nos & porrigunt dexteras, & ruunt in amplexus, & adstringunt brachijs, egredientes de navigatione vitæ, deq; nauigio corporis huius, & subintrantes portum salutis & terræ uiuentium capeffentes, atq; beatæ æternitatis primordia delibantes. Tunc nos illi, tunc in manibus portant, vniuersosq; meritorum sarcinulas, tunc nos Diuino præsentant conspectui, atq; præparatis à Diuina dextera coronis, submittunt capita nostra. tunc nos destinatis inserunt ordinibus & inpromeritis collocant sedibus, adgratulantés sibi felicem, optatum, finalem, suorum circa nos finem & exitum laborum. O quæ tunc consolatio & congratulatio Angelorum atq; Animarum vicissim. quando illi quidem suas exponunt in curandis animabus industrias, illæ contra recensent suam in obediendo sanctissimis saluberrimisq; Angelorum monitis & consilijs facilitatem, fidelitatem atq; perseuerantiam! Tunc omnium momentorum vitæ hic actus erit gratissima rememoratio. tunc profusio erit mutua mentium in Diuinas laudes & gratias. Ad istius ergo inenarrabilis gaudij congratulationisq; mutæ complementum: ad auctoriæ Mercedis Angelicæ, Angelis a deo debitæ simul & gratæ: nonne per. quàm dignum est, ut omnis anima, quibus maxime studijs, conatibus, vigilijsq; potest (dum per hanc vitam adhuc potest) tota cooperetur? tota se effundat: tota se impendat: & superimpendat. agendo feruenter, operando nauiter, sitiendo iustitiam insatiabiliter, progrediendo & proficiendo infatigabiliter: semper amplius & amplius Diuinum beneplacitum & voluntatem, Diuinam gloriam & exaltationem, Diuinam possessionem atq; fruitionem, Deniq; Deum super omnia gloriosum concupiscendo inexplebiliter. Esto talis & tu, Angelosq; custodes ac Benefactores &

Amicos

Amico  
ad Di  
conat  
recre  
est om

R  
H  
bis, s  
quod  
firis.  
dicit  
tus fa  
Intic  
qui  
Cur  
Sanct  
præu  
regri  
dile  
curra  
sumu  
diner  
beat  
his,  
supe  
folat  
fecin  
obse  
secul  
um i  
dilig  
mni  
sed  
occu



Amicos tuos, quotidianis ad meliora profectibus,  
ad Divina desiderijs, ad perfectissima & heroica  
conatibus, in omnibus vitæ tuæ reliquæ momentis  
recrea, & satia, & remunerare. Gratia siquidem *Iob: 14. 6.*  
est omni *Mercenario dies eius.*

## Stimulus IX.

### *Sanctorum in calo Consolatio.*

**R**egnat etiam in cælis consortium sanguinis.  
Ideo Deus Homo factus est. vt connaturalius  
Hominum, misereri posset. vt beneficiando no-  
bis, sibi etiam ipsi quodammodò faceret benè, eo  
quòd esset caro de carne nostra & os ex ossibus no-  
stris. *Et quidem (ait Paulus) cum esset Filius Dei, di-* *Hebr: 5. 8.*  
*dicat ex ijs, que passus est, obedientiam: & consumma-*  
*tus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa sa-*  
*lutis æternæ.* Quod si hoc in Deo nostro habemus,  
qui *Verbum Caro factum est & habitavit in nobis.* *Ioan: 1. 14.*  
Cur non etiam id ipsum cogitamus & sentimus de  
Sanctis nostris, qui nos præcesserunt in carne &  
prævenērunt in illam patriam; ad quam & nos pe-  
regrinamus per fidem, & per spem ambulamus, in  
dilectione operantes salutem nostram, donec oc-  
curramus & *comprehendamus in quo & comprehensi* *Philip: 3. 12.*  
*sumus.* Expectant nos Sancti & serui sui, sollicitu-  
dinem gerunt pro nobis, de Patriæ æternæ portu  
beato, prospectantes pericula nostra, quoniam ex  
his, quæ ipsi in semetipsis experti sunt didicerunt  
super nos, & compassionem & sollicitudinē & con-  
solationem atq; gaudium. Gaudere & exultare  
fecimus illos, dum ad Deum nostrum & ad ipsius  
obsequium Sanctum conuersi sumus à vana nostra  
seculi nequam conversatione. perficiamus gaudi-  
um illorum atq; solatium omnimodâ contentatione  
diligentiâq; nostra in faciendâ & consummandâ o-  
mni voluntate Dei. Venerunt iam nuptiæ Agni,  
sed vxor & sponsa eius necdum ex toto parata est  
occurrere illi. Ecce adhuc expectantur de quibus

nuptiæ impleantur, necdum enim plena est domus discumbentium, sed neq; byssinum sponſa candidum & splendens ex toto perfectum est, quia desunt adhuc multa ad consummationē eius. Hac est ergo consolatio Sanctorum in caelo de nobis, cōsummati quā maximē omnē sanctitatis virtutumq; perfectionem in nobis. Tot sunt Beatorū gaudia, quot nostri profectus; tot eorum solatia, quot nostri conatus; tot illorum gloriæ, quot nostri feruores, tot illorum aureolæ, quot nostra merita. Qui si diligimus Sanctos nostros, in hoc diligamus eos: quia quotidiana inuouatione cursus nostri, quotidiana instauratione feruoris nostri, quotidianis desiderijs profectus nostri solamur & pascimus eos. Etsi enim iam satiati sunt beatitudinibus suis ab vbertatē Domus Dei; adhuc tamē famescunt profectus nostros, quibus per nos, conatusq; & feruores nostros satiari concupiscunt & expectant. Beati qui in hac vita cum iusto, cumq; semper nouo Sanctorum viuunt solatio: quoniam & ipsi, & Deus eorum, erunt solatium ipsorum aeternam in altera vita.

### Stimulus X.

#### *Ædificatio Conuiuentium.*

**H**Abent iustorum merita fructum hunc, quod in exemplum proueniunt aliorum: quia cōmune est bonum iustitia & communis virtus. Propterea monet Apostolus, vt omnes cooperemur in *ædificationem Corporis Christi*, quod est Ecclesia: vtq; nemo quæ sua tantum sunt quærat, sed etiam quæ multorum: quin etiam *vt omnibus omnia fiat*, quomodo *omnes Christo lucrifaciat*. Et quemadmodum *vt homini illi, per quem scandalum venit*: ita é diuerso beatus ille, qui non soli sibi viuuit, sed tum ei qui *pro omnibus mortuus est*, tum istis pro quibus vnus ille mortuus est. Vnde etiam Dominus seruos suos salii comparat, eò quod ipsorum & vita & morum

*Eph: 4. 12.*

*1. Cor: 10. 24*

33.

*1. Cor: 9. 23.*

*Matt: 18. 7.*

*2. Cor: 5. 15.*

*Matt: 5. 13.*

& m  
dun  
Ac  
vnu  
plun  
sic fa  
salua  
quor  
gula  
cont  
atq;  
cit.  
ru,  
vlq;  
Don  
sint  
Iuste  
vt er  
q; si  
abun  
perf  
Et o  
ficat  
rati  
plun  
fiun  
den  
Sen  
An  
perf  
fact  
lud  
nest  
ris,  
plun  
mer  
da i  
Cor



& morum exempla, & oratio atq; prædicatio con-  
dimentum esse debeat atq; conseruatio cæterorum.

Ac si *Senecus*, Deus mandauit de proximo suo: ita ut  
vnusquisq; teneatur diligere proximum sicut sei-  
psum. dando imprimis operam pro modulo suo, ut  
sic saluare cupiat proximum suum, sicut desiderat  
saluare semetipsum. Id utiq; magis incumbet his,  
quos Dominus statuit vocationis & gratiarum sin-  
gularitate in salutem aliorum: quibus nimirum  
conferens duos præceptorum charitatis denarios,

atq; semiuuos, faucios, spoliatosq; ostendens di-  
cit. *Curam illorum habe & quodcunq; supererogaue-  
ris, ego cum rediero reddam tibi.* Vides quoniam  
utq; ad supererogationem curam te habere velit  
Dominus fauciorum! Sed ista forsitan alterius  
sunt considerationis, pressius hic agimus & dicim,

Iustorum opera seruire ædificationi communi;  
ut ergo quàm maxima & solidissima perfectissima-  
q; sit ædificatio multorum ex te: necesse est te

*abundare quàm maximè in operibus bonis*, in studijs  
perfectionis, in exemplis virtutum excelсарum.  
Et omnis quidem Iustitiæ fructus proficit in ædi-  
ficationem aliorum: nescio tamen quomodo ope-  
rationes seruoresq; Seniorum, amplius ad exem-  
plum faciunt plurimorum. An quia inexcusabiles  
sunt iuuenes, qui minus faciunt eadem, quæ vi-  
dent facere in oculis suis senes? An quia ipsamet  
Senectus commendat opus alijs, in quo seruet ipsa?

An quia factibile & facile esse factu demonstrat, &  
persuadet alijs id, quod ipsa facit ætas, minus ex se  
facilitando idonea? Quidquid sit, certum est il-  
lud: quod quemadmodum *corona dignitatis est Se-  
nectus*: ita quoq; corona Senectutis est ardor seruo-  
ris, in operibus perfectionis, virtutum & disci-  
plinæ. Nihil enim in Senectutem Iustorum com-  
mendat, quàm vegeta & indeficiens pietas & aui-  
da iustitiæ fames. propter quod addidit sapiens.

*Corona dignitatis Senectus: quæ in vjs iustitiæ re-  
perietur.*

Eccl. 17. 12.

Luc. 10. 35.

1. Cor. 9. 8.

Prou. 16. 31.



*perietur.* Quid est enim Senectutem in vijs iustitiae reperiri aliud: nisi in via studioq; perfectionis occupari & feruere?

### Stimulus XI.

*Senectutis ipsius profectus.*

**P**Ræter proximè dicta, refert Senectus alias præclaras vtilitates ex feruore spiritus sui & ex generoso ad profectum vltiorè perfectionisq; opera perpetranda conatu. Nam quod in alijs vix venit; vt carnis senectus hebetet etiam vires animi: huius per omnia oppositum fit in senectute iustorum feruentium, nam & animus in eis feruet, vegetusq; ad labores inuenitur, & ipsimet corpori vigorem alacritatemq; adspersit, vt animo conantibus subseruire non grauetur. robore animi sui & ipsū roboratum. Fuit Sanctus Simeon Hierosolymorum Episcopus, Saluatori etiam secundum carnem propinquus, hic licet centum viginti annorum esset, martyrium tamen crucis pro Christo fortiter sustinuit & superauit, mirantibus cunctis tantum in aded senes robur: ignaris illud à feruentis animi inuicto robore prouenire. Vbi enim est robustum velle, ibi etiam adest validum posse. Accedit senectuti ex feruore interni spiritus & illa gratia, quod non sinat à tentationibus concuti, neq; in tentationibus concidere senes, alioquin casu ex suamet conditione obnoxios. Exemplo fit Eleazarus: quē cum malè amici quidem indignā viri commiseratione moti hortarentur, vt pro carne suilla alijs carnibus licitis vesceretur & simularet manducasse sicut Rex Antiochus præceperat. *At ille cogitare capit, atatis ac senectutis suae eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis cauitiem, atq; à puero optima conuersationis actus, & secundum sanctæ & à Deo condita legis constituta, respondit citò dicens. præmitti se velle in infernum. Non enim nostræ atati dignum est inquit fingere, vt multi adolescentium arbitrantur Eleazarum*

*2 Mach. 6. 18*

*azarum*

azarum non aginta annorum transisse ad vitam alieni-  
 genarum, & ipsi propter meam simulationem & pro-  
 pter modicum corruptibilis vite tempus decipiantur,  
 & per hoc maculam atq; execrationem mea senectutis  
 conquiram. Nā eisi in presenti tempore supplicijs ho-  
 minum eripiar, sed manus Omnipotentis, nec viuis,  
 nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vitā ex-  
 cedendo, senectute quidem dignus apparebo. Adole-  
 scentibus autem exemplum fortē relinquam, si prom-  
 pto animo, ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis  
 legibus honesta morte perfungar. Dignissima nona-  
 genario bene oratio: dignissimum veterani senis,  
 omnium senum iustorum imitatione exemplum.  
 Ecce virtus non grauatur annis: quin potius an-  
 nos ipsa subleuat, & facit vegetos atq; robustos at-  
 q; vegetorum & robustorum iuuenum imitatione  
 dignos. Currat ergo senectus, curra, et si non cor-  
 poris, sed tamen animi pedibus, faciatq; magnos,  
 quin & semper maiores ad virtutum perfectionem  
 passus, seu progressus, currat dilatato corde viam  
 mandatorum Domini, nec quidquam prætermi-  
 tteorum, per quæ intelliget Diuino se placito gra-  
 tiorem effici posse: priusq; illam Spiritus morta-  
 lis vitæ, quàm fames & sitis iustitiæ voluntatisque  
 Diuinæ deficiat. Inter præcipuas laudes Patriar-  
 chæ Caleb positam legimus hanc. *Vsq; in senectute  
 permansit illi virtus: Et ascenderet in excelsum  
 terra locum.*

*Eccl: 46. 11.*

## Stimulus XII.

### *Confusio Aduersantis Inimici.*

**E**scapitalem implacabilemq; inimicum in via &  
 opere salutis æternæ & experimento scimus, &  
 Scripturarum testimonijs docemur. Paulus Apo-  
 stolus cū hortatus esset omnes confortari in Do-  
 mino & in potentia virtutis eius, induig; armaturam  
 Dei: subdit mox hortamenti sui causam luculen-

*Eph: 6. 10.*

Ibid. 6. 16.

tam huiusce-modi. Et possitis stare aduersus insidias diaboli. quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum, barū, contra spiritualia nequitie in caelestibus. Cū ergo omnibus singulisq; nobis incumbat hæc indeclinabilis colluctatio, & ab igneis nequissimi telis infestatio: sine dubio & eadem, & grauior periculosiorq; incumbit illis iustis, Deiq; famulis, quos cito manu mittendos, & ab ista militia exautorandos propter instantem finem apparet. Quemadmodum enim pyrata, non vacuum nauem, & tum primum merces alicunde petituram inuadunt: sed potiùs iam onustam mercibus pretiosis, & ad portum properantem aggrediuntur, expugnant, & diripiunt. Sic etiam infernales isti prædones, non viq; adeo impotenter, primordia, vel cursum conuersionis nostræ ad Deum infestant: sed cū nos aduertunt iam portum cælestem, cum pretiosis virtutum & perfectionum meritorumq; & donorum Gratiæ mercibus, meditari, eiq; ob vicinam mortem propinquos esse, tum vero illi totis viribus, totis fraudibus, totis malitiæ inuidiæq; conatibus, in nos inuehuntur, & de nobis prædas agere conituntur. Idq; eo etiam agunt virulentius, quod bene sagaciterq; aduertunt, ex vnus alicuius iusti sensus de prædatione, patet fieri sibi ostium & viam, ad multorum aliorum despoliationem, atq; perniciem. Vnius enim veterani lapsus, trahit post se exemplo suo ruinam plurimorum. quod solet quàm maximè dæmonum rabiem in perniciem seniorum procurandam exacuere. Quamobrem et si omnibus, vt supra dixi, incumbit monitum à postoli, de induenda *armatura Dei*, vt possint stare aduersus insidias diaboli: præcipuâ tamen ratione, ea cura afficere debet veteranos, ac multorum stipendiorum milites Christi, *Et possint resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.* Et non tantum

Eph. 6. 13.



tantum non venire in prædam gaudiumuè inimicis suis, verùm etiam potiùs ipsos debellare & cõculcare, ducereq; ex eis prædam, & eruere de manibus laqueisque illorũ eos, qui ducuntur ad mortem, in gladio spiritus (quod est Verbum Dei) & per exemplum atque instructionem. & per omnem orationem & obsecrationem, orantes omnĩ tempore in spiritu, & in ipso vigilantes, in omnĩ instantiã & obsecratione pro omnibus. Ita vt nõ solum non confundantur ipsi cùm loquentur inimicis suis in porta, sed etiam inimicos eorum operiat confusio, & opprobrium sempiternum veniat super illos, videntes & tabescentes, & cum desiderijs suis dispereutes in æternum, *submersi quasi plumbum in aquis uehementibus damnationis suæ.* Sic pereant omnes inimici tui & nostri simul Domine, sic pereant. confundantur & reuereantur, qui querunt animas nostras. auertantur retrorsum & erubescant, qui volunt nobis mala. auertantur statim (& semper) erubescantes, qui dicunt nobis Euge. euge. Qui autem diligunt te Domine, sicut sol in ortu suo splendet; ita rutilent in Occasu suo: colligant spolia impiorum & decantent Nomen Sanctum tuum Domine. & victricem manum tuam laudent in æternum & ultra.

Exod. 15. 10

Iud. 5. 31.

Psal. 69. 3.

Iud. 5. 31.

Sap. 10. 20.

F I N I S.



STIMU-

STIMVLORVM VICEM IN-  
SVPER OBEANT. TRACTA-  
tumque concludant.

SENTENTIÆ S. SCRIPTVRÆ

**A**braham deficiens mortuus est in Senectute bona: prouectusq; a-  
tatis & plenus dierum. Gen: 25. 8. & 1. Paralip. 29. 28.

Mortuus est senex & plenus dierum. Gen. 35. 29.

Reliquum vite Tobie senis in gaudio fuit & cum bono profectu ti-  
moris Dei perrexit in pace. Tob. 14. 4.

Hodie octoginta quinq; annorum sum, sic Valens, Et eo Salebam tem-  
pore, quando ad explorandum missus sum, illius in me tem-  
poris fortitudo vsq; hodie perseverat, tam ad bellandum, quã  
ad gradiendum. Iosue. 14. 11.

Vsq; in senectam permansit illi (caleb) virtus, Et ascenderes in ex-  
celsum terra locum. Eccl: 46. 1.

Dies pleni inuementur in eis Psal: 72. 10.

(141. 8.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo Psal:

Appropinquant anni, de quibus dicas. Non mihi placent. Eccl: 12. 1.

Non defrauderis à die bono, & particula boni doni (bona dici) non  
te praterat. Eccl: 14. 14.

Ante obitum operare iustitiam: quia non est apud inferos inueni-  
re cibum. Ibid: 6. 17.

Memor esto: quoniam mors non tardat. Ibid: 6. 12.

Quidquid potest manu tua operari: instanter operare: quia nec ra-  
tio, nec scientia, neq; consilium, nec prudentia apud inferos:  
est, quo tu properas. Eccl: 9. 10.

Vsq; in senectam & senium: Deus ne derelinquas me. Psal: 70. 17.

Qui plantati sunt in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri flore-  
bunt, & adhuc multiplicabuntur in senectate vberi. Psal: 91. 12.

In finem ne corrumpas. Psal: 74. 1.

Benedixit Dominus nouissimis Iob: magis quàm principio eius.

Iob: 41. 13.

Ingradie-

*Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut inferri solet aceruus  
tritici. Job: 5. 26.*

*Dauid Rex senuerat nimis, nec poterat calefieri. 3. Reg: 11.*

*Cum senuisset Salomon, infatuatum est cor eius. 3. Reg: 11. 4.*

*Finis venit, venit finis. Euigilauit aduersum te. Ecce venit. Ezech:*

*7. 6. Fac conclusionem Ibid: 6. 23.*

*Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit Matt: 10. 22.*

*Ego me non arbitror apprehendisse: sequor autem. Philip: 3. 13.*

*Velo: est depositio tabernaculi mei 2. Petri. 1. 14.*

*Tempus breue est. reliquum est. 1. Cor. 7. 29. Tempus non erit  
vltima. Apoc: 19. 9.*

*Redimentes tempus: quoniam dies mali sunt Eph: 5. 16.*

*Filioli nouissima hora est 1. Ioan: 2. 18.*

*Ambulate dum lucem habetis. Venit nox in qua nemo operari po-  
test. Ioan: 12. 35.*

*Vigilate quia nescitis diem neq; horam. Matt: 24. 42. 25. 13.*

*Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostra extinguuntur.  
Matt: 25. 8.*

*Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Galat: 6. 10.*

*Renouamini spiritu mentis vestrae. quotquot perfecti sumus, hoc sen-  
tiamus Eph: 4. 25.*

*Nox inuenio opera tua plena coram Deo meo. Apoc: 3. 2.*

*Momentaneu & leue tribulationis quod in presenti est. Ephes. 4. 13.*

*Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est  
renouatur de die in diem 2. Cor: 4. 15.*

*Novi opera tua & fidem & charitatem tuam, & ministerium & pa-  
tientiam tuam & opera nouissima plura prioribus. Apoc: 2. 19.*

*Operemini opus vestrum ante tempus (mortis, iudicij) & Labi vo-  
bis (Dominus) mercedem vestram in tempore suo. Eccl: 5. 38.*

*Corona dignitatis Senectus, qua in dijs Iustitia reperietur. Prou:  
16. 31.*





# INDEX CAPITVM IN PROVISIONIBVS SENECTVTIS.

## Pars I.

- Prouiso* 1. Per Satisfactionem obligationi quã tenemur ad omnem perfectionem curandam. 1.
- Prouiso* 2. Per suppletionem paucitatis perfectorum operum, meritorumq; hactenus partorum. 4.
- Prouiso* 3. Per nostram Cooperationis quam Diuina Gratia atque Gloria summè debemus expletionem. 6.
- Prouiso* 4. Per adaequationem ( quantum fas ) liberalitates Christi in nos merita sua influentis. 9.
- Prouiso* 5. Per Imitationem & Supergressionem Electorũ Dei. 19.
- Prouiso* 6. Per Imitationem Pretiosissimæ Dei Matris quam perfectissimam. 18.
- Prouiso* 7. Per Imitationem & fruitionem Domini Nostri Iesu Christi Crucifixi. 22.
- Prouiso* 8. Per Imitationem & fruitionem Domini Dei nostri quã familiarissimam. 27.
- Prouiso* 9. Per debitorum, quibus plurimis obstricti sumus plenam exsolutionem. 27.
- Prouiso* 10. Per adaequationem honorum, potissimum verò Gratiarum quibus respondere adaequatè obligamur. 39.
- Prouiso* 11. Per profusam Charitatem ac misericordiam super proximos, peccatores iustos & in Purgatorio existentes. 43.

## Prouisionum Senectutis Pars 2.

- Prouiso* 1. Ad omnium peccatorum peccatorumq; expiationem. 52.
- Prouiso* 2. Ad iustitiarum imperfectarum perfectionem. 58.
- Prouiso* 3. Ad fecunditatem perfectionis & meritum in operibus. 69.
- Prouiso* 4. De multiplicatione meritoriarum Actionum etiam si una tantum actio agi videatur. 80. Pro-

- Prouiso** 5. Ad thesaurizationem meritorum vite Passionis Mortis Iesu Christi, itemq; Pretiosissima eius Parentis & deniq; omnium Iustorum. 86.
- Prouiso** 6. Per Intentionum multiplicationem ad unum etiam opus. 103.
- Prouiso** 7. Per Intentionis simplicitatem unitatemque. 109.
- Prouiso** 8. Per tuarum omnium actionum, passionum intentionem rerum cum omnibus creaturis communicationē. 116.
- Prouiso** 9. Per Communicationem omnium creaturarū tecū. 119.
- Prouiso** 10. Per Communicationem cum Deo & eius diuitijs atq; operibus ad extra. 125.
- Prouiso** 11. Per Communicationem cum Deo eiusq; operibus ad intra. 135.

## Prouisionum Senectutis Pars 3.

### Classis Primæ.

<b>Stimulus</b> 1.	Conscientia Obligationis.	144.
<b>Stimulus</b> 2.	Conscientia Peccatorum.	145.
<b>Stimulus</b> 3.	Conscientia exigentia Penitentia.	146.
<b>Stimulus</b> 4.	Conscientia Dubia Remissionis.	147.
<b>Stimulus</b> 5.	Conscientia timenda remissionis.	148.
<b>Stimulus</b> 6.	Conscientia peccatorum venialium.	150.
<b>Stimulus</b> 7.	Conscientia Martis aduenientis.	152.
<b>Stimulus</b> 8.	Conscientia reddende Deo rationis.	153.
<b>Stimulus</b> 9.	Conscientia promeritorum poenarum.	155.
<b>Stimulus</b> 10.	Conscientia damnorum spiritualium.	157.
<b>Stimulus</b> 11.	Conscientia Purgatorij.	159.
<b>Stimulus</b> 12.	Conscientia paucorum bonorum Operum ac Meritorum.	160.
<b>Stimulus</b> 13.	Conscientia bonorum imperfectorum.	161.
<b>Stimulus</b> 14.	Conscientia elapsi temporis.	163.
<b>Stimulus</b> 15.	Conscientia Confusionis & Insultationis.	164.

### Classis secundæ.

<b>Stimulus</b> 1.	Ipsa ingruens vel Urgens Senectus.	167.
<b>Stimulus</b> 2.	Damna preterita.	168.
<b>Stimulus</b> 3.	Pretium bonorum spiritualium.	169.
	<b>Stimulus</b> 4.	

Stimulus 4.	Occasionum & mediorum plurima opportunitas.	170.
Stimulus 5.	Perfectio virtutis bonum desiderabile.	172.
Stimulus 6.	Exemplum caelestium omnium.	173.
Stimulus 7.	Desiderium Sanctorum.	175.
Stimulus 8.	Tempus praesens suppletioni indultum.	ibidē.
Stimulus 9.	In fine proficiendum ad meliora.	177.
Stimulus 10.	Sancti ad finem vitae feruere quasi de nouo soliti.	178.
Stimulus 11.	Vocatio Religiosa.	180.
Stimulus 12.	Status Sacerdotalis.	181.
Stimulus 13.	Vocatio Societatis IESV.	183.

### Classis Tertiæ.

Stimulus 1.	DEI Sanctissima Voluntas.	185.
Stimulus 2.	Eminentissima DEI Dignitas.	ibidem.
Stimulus 3.	Dei nostri super omnia Boni dilectio.	187.
Stimulus 4.	Dei nostri erga nos Dilectio.	188.
Stimulus 5.	Diuini Cordis gustus & expletio.	192.
Stimulus 6.	DEI gloria atque gloriatio.	193.
Stimulus 7.	Christi meritorum pramium.	194.
Stimulus 8.	Sanctorum Angelorum merces.	195.
Stimulus 9.	Sanctorum in caelo consolatio.	197.
Stimulus 10.	Ædificatio Conuiuentium.	198.
Stimulus 11.	Senectutis ipsius profectus.	200.
Stimulus 12.	Confusio Aduersantis Inimici.	201.
Sententiæ Sacra Scriptura.		203.

F I N I S.





170.  
172.  
173.  
175.  
*ibidē.*  
177.  
178.  
180.  
181.  
183.

185.  
*ibidem.*  
187.  
188.  
192.  
193.  
194.  
195.  
197.  
198.  
200.  
201.  
202.

